



J

Angelb.

283










BREVIARIUM <sup>2</sup>  
ANTIQUITATVM

AD ILLUSTRANDAM

PASSIONIS CHRISTI  
HISTORIAM

PERTINENTIVM.



---

H A L A E,  
IMPENSIS CAROLI CHRISTIANI KÜMMELM  
MDCCLXIII.

BREVARIUM  
ANTIQVITATVM


AD ILVSTRANDAM

PASSIONIS CHRISTI

HISTORIAM

PER TINEIVM

*De passionis Christi historia*



---

H. J. A. S.  
IMPRINT CAROLI CHRISTIANI KUMMER  
MDCCXIII





VIRIS

PRAENOBILISSIMIS ET CLARISSIMIS

IO. ANDR. CHRIST.  
SCHMIDTIO

E T

GOTTHILF. ISRAELI  
BOLZIO

COLLEGIS

PAEDAGOGII REGII

H A L L E N S I S

DIGNISSIMIS

S. P. D.

A V C T O R.

VIRIS

TRAEHENTISSIMIS ET CLARISSIMIS

IO. ANDR. CHRIST.

SCHMIDTIO

ET

GOTTHEILF. ISRAELI

BOLZIO

COLLECTIS

TABDA GOGH REGII

HALLENSIS

CIUICISSIMIS

ET D.

A V C T O R



**Q**uum iterum iterum-  
que cogitarem, cu-  
ius potissimum nomini fa-  
crum esse velim hoc, quan-  
tulumcunque sit, opuscu-  
lum: VESTRA se obtulerunt  
nomina, quae mirum in mo-  
dum ornare posse tenuem  
libelli frontem existimabam.  
Nec mei me consilii poe-  
nitet. Nam ex quo in-  
timius vos nosse contigit,

X 3 CO-

cognoui vos semper am-  
cissimos mihi, adeo, vt in  
tanta, quae orbem obsidet,  
amicorum caritate meam  
mihi fortem summopere  
gratularer. Haec vero ne  
vos ita interpretemini ve-  
lim, quasi in eorum numero  
essem, qui omnia amici-  
tiae officia blandulis tan-  
tum sermonibus contineri  
arbitrantur. Noui, quas na-  
tura efflagitat, sanctas ami-  
ci-



citiae leges: optime noui  
quae christianorum religio  
etiam atque etiam incur-  
cat, familiaritatis praecepta.  
Optarem igitur, VIRI CLA-  
RISSIMI, vt ipsa re significa-  
re VOBIS possem, quantum  
VOS diligam, quantumque  
VESTRO amore meam salu-  
tem contineri credam. Ve-  
niet, spero, veniet tempus,  
quo, quae animus cogi-  
tat, officia pietatis prae-  
stare

X 4


stare

stare VOBIS liceat. Interim,  
ne plane ingratus et im-  
memor esse videar, in hoc  
velim accipiatis, in quale-  
cunque sit, amicitiae pi-  
gnus, et futurum esse  
persuadeatis, ut nemini  
concedam, qui in VOBIS  
amandis me officiosior esse  
cupiat. Dat. c. l. c. c. l. xii.

Id. Octobr.

PRAE.





qui hoc eruditionis genus non tantum  
summere commendabant, verum libros  
etiam exarabant, qui plurimum in  
historiae sacrae studio celebrantur.  
Eminent, SAGITTARIUS, LIBELLUS, ET

## PRAEFATIO.

quorum edis iterum monumentis  
etiam praefectio eruditionis re-  
publicae, adeo est cognitum et perpe-



quantum ad illustrandam  
passionis Christi historiam  
antiquitatum faciat cognitio, vt pluribus  
persequar, non operae pretium esse

duco.



## PRAEFATIO.

duco. Nam a primis iam temporibus homines extitere litteris omnibus exculti, qui hoc eruditionis genus non tantum summopere commendabant, verum libros etiam exarabant, qui plurimum lucis historiae sacrae attulisse celebrantur.

Eminent SAGITTARII, LIPSII, BYNAEI, ADAMI et aliorum nomina, qui quantum editis literarum monumentis emolumenti praestiterint eruditorum reipublicae, adeo est cognitum et perspectum, ut irritum laborem suscepisse videatur, qui ad celebranda horum virorum merita animum adpelleret. Abundat sane passionis Christi narratio tanto rerum maximarum adparatu, tantis

fapi-



## PRAEFATIO.


fapientiae thesauris, vt eos scrutari, mirarique maxime fit necessarium ac homine christiano dignum.

Quae quum animaduertentem, minus inanem operam putauit, quam illustrandae historiae passionis Christi nauare constitueram. Quod vero maxime tironum vsui inferuire cupiebam, omnia, quae olim ab eruditissimis viris prolixis verbis erant hanc in rem conscripta, in compendium redegei, eorum laudatis nominibus, qui in euoluendis antiquitatibus duces mihi extiterunt, aut auctores. Non plura addere lubet, quam vt lectores etiam atque etiam rogem et

ob-


## PRAEFATIO.

obteſter, vt in priuatos vſus conuer-  
tant, quae pio animo a me praefita  
eſſe norunt, atque auctoris, ſi quid  
temere eſſet commiſſum, conſulant hu-  
manitati. D. *Halae.* clclccclxii. Cal.  
Octobris.



INDEX





# INDEX CAPITVM.

## CAP. I.

De festo paschatos Iudaeorum. pag. 1 - 13.

## CAP. II.

De summis sacerdotibus, scribis et senioribus populi. p. 14 - 16.

## CAP. III.

De vnctionibus veterum coniuualibus p. 17 - 24.

## CAP. IV.

De ficlis, quos Iudas proditor acceperit. p. 25 - 29.

## CAP. V.

De lotionem pedum a Christo discipulis praestita. p. 30 - 33.

## CAP. VI.

De coenaculis veterum. p. 34 - 35.

## CAP. VII.

De modo discumbendi veterum Iudaeorum. p. 36 - 39.  
CAP.



INDEX CAPITVM.

CAP. VIII.

De hymnis veterum. p. 40-43.

CAP. VIII.

De iis, quae, quum Christus caperetur, euenerunt. p. 44-51.

CAP. X.

De iis, quae, quum Petrus Christum abnegaret, acciderunt. p. 52-58.

CAP. XI.

De ritu veterum vestes dirumpendi. p. 59-62.

CAP. XII.

De variis modis, quibus Christus illusus est. p. 63-65.

CAP. XIII.

De Pontio Pilato Procuratore romano. p. 66-68.

CAP. XIII.

De genere mortis Iudae proditoris. p. 69-72.

CAP. XV.

De Gazophylacio. p. 73-75.

CAP. XVI.

De agro figuli. p. 76-78.

CAP. XVII.

De potestate Iudaeorum tempore passionis Christi. p. 79-85.

CAP.



INDEX CAPITVM.

CAP. XVIII.

De silentio Christi. p. 86-88.

CAP. XVIII.

De Herodum gente. p. 89.

CAP. XX.

De candida Christi veste, p. 90-93.

CAP. XXI.

De consuetudine dimittendi captiuum festo paschatos. p. 94-98.

CAP. XXII.

De flagellatione Christi. p. 99-108.

CAP. XXIII.

De veste Christi purpurea. p. 109-114.

CAP. XXIII.

De corona Christi spinea. p. 115-119.

CAP. XXV.

De calamo Christo dato et sputo ignominioso. p. 120-121.

CAP. XXVI.

De adclamatione votiuia Christo exhibita. p. 122-126.

CAP. XXVII.

De γουγκλισία Christo a militibus praesuta. p. 127-129.

CAP.

INDEX CAPITVM.

CAP. XXVIII.

De tribunali Pilati. p. 130-131.

CAP. XXVIII.

De Pilato manus lauante. p. 132-134.

CAP. XXX.

De Christo crucem portante. p. 135-137.

CAP. XXXI.

De potu, quem Christo exhibuerunt. p. 138-141.

CAP. XXXII.

De Christo cruci adfixo. p. 142-145.

CAP. XXXIII.

De planctu mulierum Iudaearum. p. 146-148.

CAP. XXXIII.

De titulo crucis Christi. 149-151.

CAP. XXXV.

De iis, quae, quum Christus cruci esset adfixus,  
acciderunt. 152-155.

CAP. XXXVI.

De Iosepho sepulturam Christi expetente. 156-158.

CAP. XXXVII.

De sepultura Christi p. 159-164.

Q. D. B. V.





Q. D. B. V.

CAPVT I.

DE

FESTO PASCHATOS  
IUDAEORVM.

Matth. XXVI, 3.

§. I.



**V**ox paschatos varios admittit significatus, ac diuersa plane ratione a sacris scriptoribus vsurpatur. Nam  $\alpha$ ) pro ipso agno, qui festo paschatos erat mandandus, sumitur *Exod. XII, 21. 2 Paralip. XXXV, 13. 1 Cor. V, 7.*  $\beta$ ) denotat festum paschatos, quod dies azymorum quoque vocatum esse atque per septem dies celebratum

A

tum



tum nouimus: *Exod.* XXXIV, 25. *Ioh.* II, 13. VI, 4. γ) per hanc vocem saepius sacrificia innuuntur, quae die festo Deo offerri solebant. *Deut.* XVI, 2. δ) actus indicatur, quo agni mactandi sanguis Deo erat consecrandus. *Exod.* XII, 27. *Num.* IX, 7. X, 7. tandem ε) ritus illi per vocem paschatos indicantur, quos, quum agnus paschalis comedebatur, exacte satis obseruabant Iudaei. De his hoc in capite nobis est agendum.

Multi fuere e seculi primi doctoribus christianis, qui, vocem *paschatos* a graeco verbo *πείσσειν* esse deriuandam, existimabant. Sed omnes huius deductionis adsecrae ii fuerunt, qui ne limina quidem ebraei sermonis attigerant. Qua de causa omni iure nullum adsensum inter eruditos merentur. Naturae atque rei conformius illi agunt, qui hanc uoculam a *ΠΩΣ*, *transit*, deducunt, et denominationis rationem ex *Exod.* XII, 13. 23. 27 repetunt. Si nomen spectemus, quod Germani tribuere solent festo paschatos, quum illud *Ostern* adpellent: ingentes oriuntur eruditorum dissensus. Nam alii adpellationem uernaculam a latina uoce *hostiae*, alii ab oriente, *Ost* Germanis dicto, deducere non dubitant. Sed missis aliorum coniecturis, eorum nobis maxime adridet  
opi-



opinio, qui voculam *Ostern* a voce germana *Auferstehung* deriuandam esse contendunt.

## §. 2.

Origo huius festi plane diuina est: quod *Exod. XII* abunde satis declaratur. Nam vt memoria mirandi exitus ex Aegypto, quo a barbara potestate Pharaonis et plagis Aegyptiorum liberabantur Iudaei, ad feros vsque nepotes feruaretur, Deum hunc diem instituisse legimus. Ceterum non potest negari, Deum hac quoque ex ratione festiuitatem paschatos Iudaeis praecepisse, vt miram in futurum Messiam conciperent fiduciam, qui, per minimos quoque actus, ex sapienti Dei consilio, praefigurabatur, *1 Cor. V, 7.*

Hinc cum MOSE MAIMONIDE SPENCERVS pernicioso in errore versatur, qui Deum hac de causa festum paschatos consecrasse adfirmat, ne Ebraei longius idololatriae Ebraeorum inuoluerentur. Sed fundamento prorsus destitui SPENCERI opinionem atque religioni christianae quam maxime esse aduersariam, abunde demonstrauit FRANC. BVDDEVS *hist. eccles. V. T. pag. 561.*

## §. 3.

Quod si ritus spectemus festo paschatos obseruatos, non leue in his sese offert discrimen.



scrimen. Nam Iudaei in Aegypto versantes agnum *decimo die* mensis *Nisan* separarunt, et quum mactassent, eius sanguinem superliminari et postibus aedium adsperserunt. In hoc quoque discrimen se exerebat, vt puris aequae, ac impuris agnum edendi facultas esset concessa, qui calceati et baculis instructi, sine hymno, sine coetu aliisque gaudii signis pascha celebrabant. Verum sequiori aevo, quum Hierosolymis paschatos festiuitas ageretur, diuersus plane et, vt ita loquar, multiformis erat coenae paschalis adparatus.

## §. 4.

In describendis coenae paschalis ritibus vt ordine procedamus, quatuor potissimum nobis occurrunt consideranda: 1. quae agni mactandi fuerit indoles. 2. quales actus fuerint praeparatorii, ad comedendum pascha pertinentes. 3. quibus modis ipse agnus fuerit comestus, et 4. quae ratione manipuli paschalis cerimoniae fuerint obseruatae.

## §. 5.

I. Omnes ritus, ratione habita paschatos, immensam produnt Dei sapientiam atque in mortales benignitatem. Nam quum

1) *agnus*



1) *agnus masculus* eligendus esset Iudæis, potentia et vires masculae saluatoris ad superandum mundum significabantur. Christus enim in sacris litteris adperte vocatur בְּרֵךְ *vir*, Ier. XXI, 22. אַגְנֹן, *masculus* Apoc. XII, 5. Commendatur 2) in lege Mosis *agnus unius anni*, i. e. qui primum aetatis annum non ita excefferat, vt pro bimo haberi posset. Sunt quidam, qui per בֶּן שְׁנָה *filium anni* agnum intelligi volunt, qui octo dies compleuerit, atque huius interpretationis fulcrum in *Leuit. XXII, 27* inueniri existimant: sed nimis scrupulose isti agere mihi videntur, quum, ratione sufficienti destituti, ad praecepta Rabbinorum eorumque insulsa saepius iudicia fugiant. Ceterum per hanc circumstantiam aetatis duo potissimum esse indicata suspicor. Nam futurum esse Deus hac re inuit, vt Christus tenerrimum amorem foueat atque pro hominum salute in medio aetatis flore cruci adfixus moriatur. 3) *agnus* ex consilio Dei perfectus atque, qui inueniri poterat, integerrimus requirebatur, tum ad inumbrandam Christi perfectionem *Ebr. VII, 26.* I *Petri I, 19.* tum ad denotandam ecclesiae Christi integritatem. Conferantur CARPZOVIVS in *adparatu historico critico* pag. 399.

LUNDIUS in den alten Jüdischen Heiligthü-



merit pag. 9. 86. REITZIUS *in notis ad Goodwini Mosen et Aaronem* p. 267.

a) Etiam hoedos in paschate esse adhibitos ex *Exod. XII, 5.* probari potest. Nam hoc in capite primo occurrit vox  $\text{פֶּסַח}$  *pecus*, quae genus pecorum constituit, deinde notantur pecudum species, quo *agni* et *hoedi* pertinent. Illi, qui dissentiunt, cogitauerint forte, *hoedum non satis decorum esse Christi typum.* Sed quum omnia, quae Deus instituit, decora satis sint: hoc quoque praecceptum eius sapientiae et sanctitati conuenientissimum sit oportet. Huc accedit, quod, sicuti hircus *Azazel* *Leuit. XVI, 8* maledictus fuit habitus pro populo, ita Christus nostri causa execratio factus sit. *Gal. III, 13.*

b) Boues non constituerunt materiam paschatos. Non aduersatur huic sententiae praecceptum *Deuter. XVI, 2.* *Pascha mactabis Deo oves et boues, loco, quem Deus elegerit.* Nam hic praeter pascha et alia sacrificia Deo praestanda iniunguntur, ad quae boues erant necessarii.

§. 6.

II. Ad actus, quos vocant, praeparatorios referri meretur,  $\alphasegregatio agni. Hunc ad censum pertinet, ut agnus per quadriduum ab omnibus reliquis pecudibus separaretur, et hoc praestito, quasi captiuus ad mactan-$



maclandum duceretur. H Nec sane impru-  
 denti consilio id factum esse arbitror. Nam  
 si agnus, paschali coenae sacratu, non fuis-  
 set segregatus aut singulari cura custoditus,  
 ob negotiorum molemi et emigrationis festi-  
 nationem facile negligi potuisset. Huc ac-  
 cedit, quod Iudaei, per quatuor dierum spa-  
 tium, eo melius explorare poterant et cogno-  
 scere agni integritatem. Quum quoque  
 omnia, quae in agnis V. T. occurrunt, cer-  
 to modo et longe sublimiori sensu Christo  
 conueniant, haec quoque agni segregatio et  
 custodia nos docere potest: 1. Christum esse  
*ἀφορισμένον ἀπὸ τῶν αἰμαρτολῶν* Ebr. VII, 26.  
 et aeterno patris consilio destinatum, vt pa-  
 scha fieret pro peccatis hominum. 2. Chri-  
 stum quarto ante mortem anno publicum  
 docendi munus esse adgressurum, quarto  
 vero et trigesimo anno maclatum iri. β) prae-  
 parationem coenae paschalis efficiebat *macla-  
 tio agni*. Hic vero tres potissimum quae-  
 siones soluendae nobis incumbunt. 1. quo  
 tempore, 2. a quibus et 3. quo in loco agnus  
 fuerit maclatus. *Tempus*, quo erat macla-  
 tio agni suscipienda curate satis a scriptore  
 sacro definitur. Nam vt *וַיִּחַד מִן הָעֶשְׂרִים* *inter*  
*duas vespervas* agnus caederetur, singulari  
 mandato Deum praecepisse *Moses* refert.



*Exod. XII, 6.* Hoc quamuis loquutionis  
 genus multis difficile intellectu videatur,  
 omnis tamen euanesceat difficultas, si sequen-  
 tia adcuratori paulum studio perpendemus.  
 Ex Iudaeorum annalibus satis superque con-  
 stat, quosuis dies sacros a vespera incepisse.  
*Leuit. XXIII, 32.* Si igitur agnus paschalis  
*inter duas vesperas* mactatus esse dicitur,  
 idem est, ac si diceres, magnum inter duos  
 dies, quos vesperae inchoant i. e. inter diem,  
 qui iam est praeterlapsus, eumque, qui sequi-  
 tur, esse mactatum. *Vespera* igitur *prima*  
 incepit *ab hora* Iudaeorum *nona*, quum sol,  
 decursa magna diei parte, ad occasum ver-  
 git: *altera* est *hora undecima*. Hinc Iudaei  
 pro *בין הערבין* *inter duas vesperas*, di-  
 cunt *בין השמשות* *inter soles*: quibus verbis  
 solem intelligunt matutinum, qui anteceffit,  
 atque matutinum, qui proximus est. Haec  
 effati diuini interpretatio optime respondet  
 immolationi agni paschalis N. T. Nam san-  
 ctissimus saluator eodem tempore, quo agnus  
 paschalis a Iudaeis mactabatur, cruci est adfi-  
 xus. Reflectas animum ad *Marc. XV, 25.*  
*coll. v. 34.* Optimi Auctores, qui hac in  
 re consuli possunt, sunt *S. E. SCHMIDIUS*  
*de paschate part. I. p. 13. sqq.* et *REITZIUS*  
*loco excirato pag. 270.* *Personae*, a quibus  
 agnus



agnus mactabatur, non tantum erant sacerdotes 2. *Chron.* XXXV, 6. sed etiam alii, non ad ordinem sacerdotum pertinentes, ministri huius sacramenti fuere. Quod enim Saluatoris nostri discipuli, qui ad indoctorum, seu, quos vocant, laicorum coetum referendi sunt, ipsi agnum mactauerint e. *Matth.* XXVI, 19 potest colligi: ubi dicuntur discipuli ἐτοιμάσαι τὸ πάσχα adparare pascha h. e. excoriare agnum eumque interficere. Quin quum cuius plebeiorum holocaustum suum iugulare fuerit licitum, *Leuit.* I, 3-5 cur hoc in mactando agno paschali non fuerit concessum, non video. *Locus*, quo agnus paschalis erat iugulandus vrbs fuit Iudaeae princeps et primis temporibus, quum Israelitae in Aegypto versarentur, proprium cuiusque domicilium. Haud exigua eruditorum pars maiorem in modum contendit, agnum paschalem perpetuo esse in templo Hierosolymitano mactatum, verum, quum nullum hac de re mandatum in s. litteris possit proferri, quod mactationem agni in templo praestandam diserte praecipiat, si eorum opinioni non accedimus, nemo mirabitur. Tuentur quidem illi suam hac de re sententiam *Deut.* XVI, 2. Sed per locum electum, cuius hic mentio ini-



citur, Hierosolymam esse intelligendam  
 conicio. Hanc enim versu huius capituli se-  
 ptimo innui, etiam atque etiam constat.  
 Nam quum Deus praecipiat Israelitis, ut co-  
 quant et comedant in loco, quem elegerit  
 ipse, templum certe non potest intelli-  
 gi, ubi hos actus instituendi nefandum putaba-  
 tur atque vetitum. *γ)* praeparationem coenae  
 paschalis constituerebat *sanguinis oblatio*.  
 Haec pro diuersa temporum periodo varie  
 peragebatur. Nam in Aegypto agni mactati  
 sanguine postes tantum aedium adspergeban-  
 tur, ut, viso cruore, angelus Dei aedes Israe-  
 litarum praeteriret ac saluos eorum incolas  
 praestaret. Posteriori vero aeuo sanguis ad  
 basin altaris effundebatur. Quo quidem  
 actu Christus victima nostra egregie aduni-  
 bratur. *δ)* ad actus praeparatorios omni iure  
 referri meretur *agni mactati assatio* 2. *Para-*  
*lip.* XXXV, 13. Agnus, ad veru ligneum  
 alligatus et in figuram cruci similem confor-  
 matus, ad ignem torretur. Vnum veru ab  
 infimis partibus ad caput vsque adactum per-  
 figitur, et aliud rursus ad interscapilium, cui  
 adpenduntur agni manus. Hoc torrendi  
 modo mirum in modum praefigurabatur  
 mortis genus, quod erat saluatori nostro  
 sustinendum. Tandem *ε)* ad praeparatio-  
 nem



nem variae actiones pertinent, quas in expurgando fermento rite esse a Iudaeis obseruatas nouimus. Nam, quum adpeteret paschatos festum omnem suam supellectilem et vasa, quibus fermentum forte adhaerebat, collecta mundarunt. Ipsa vero nocte pascha antecedenti per omnes aedium angulos sollicitate inquisiuerunt, ne minima fermenti pars superesset. Quo facto omne fermentum igni conflagratum his fere verbis execrati sunt: *Omne fermentum, quod penes me est, quod neque vidi, neque remoui, dispergatur et pro terrae puluere reputetur.* conf. BVXTORFIUS *Synagoga Iudaica* cap. XII. et SCALIGER *de emendat. temp. in prolegomenis*. Nec temere seu superstitionose in hac re egisse Iudaei putandi sunt. Nam grauis illum persequebatur vindicta, qui sciens et volens minimam fermenti particulam in aedibus reliquerat aut comederat. Deus enim, *vt anima illa ex Israele excinderetur*, lege sanxerat. *Exod. XII, 15*. Per hoc poenae genus, si caelestis vitae priuatio intelligitur, veri mihi simillimum videtur: quamuis lubenter largiamur, per hanc excisionem etiam mortem repentinam vitamque breuiorem, quam exterminatio e vita aeterna sequitur, salua rei indole innui.




Iam, ut promissimus, III. commentationis pars superest, quae, quibus ceremoniis comederint Iudaei pascha, ostendat. Tenebris obortis agnum, quem mactauerat et assauerat paterfamilias, comedit cum decem conuiuii sociis. Postquam singuli mensae adcubuerant, paterfamilias sumto calice vino impleto, gratisque actis vinum conuiuii distribuebat. His rite peractis, conuiuii dominus, ut cibi adponantur, iussit. Agnus paschalis diuidebatur, ita quidem, ut conuiuarum singuli suum acciperent. Cum agno simul *herbae amarae* adponebantur, *Exod. I, 14*, ut amarae et iniucundae vitae admonerentur, quam, quum seruitute Pharaonis premerentur, per longam annorum ferriem olim transegerant. Hae, quas dixi, herbae intingebantur in pulmentum, quod e ficibus aridis passisque uuis, admixto aceto, conficiebatur. Per totam vero coenam fermentati panis usus erat illicitus. *Exod. XII, 15. 19.* Quam ob causam paterfamilias nocte, diem XIV mensis Nisan praecedente, non tantum ipse omne fermentum conquissit, sed sequenti die etiam *placentas azymas* מצות ex farina triticea sine sale et oleo ab vxore parandas curauit. conf. LUNDIUS



in den Jüdischen Heilighumern lib. V. cap. X.  
et RELANDUS *antiquit. Ebr.* part. IV, c. III.

§. 8.

Reliquum est IV, vt pro instituti nostri  
ratione morem Iudaeorum attingamus, qui  
festo paschatos *manipulo* peragebatur. Ma-  
nipulus iste ex frugibus constabat illo tem-  
pore maturis, quae a legatis synedrii sub fine  
diei XV. mensis Nisan in agro vibi vici-  
no demetebantur. Quo facto manipu-  
lus ad sacerdotes deferebatur: grana excussa  
probe commolebantur. Tum farina Deo  
oblata sacerdotibus in cibum cedebat. Hic  
manipulus primitias messis constituebat *Leu.*  
*XXIII, 10.* multisque in partibus insignis  
erat saluatoris nostri typus. Conferatur,  
si libet, ZORNIVS *de manipulo primitiuo ex*  
*messe hordei. Dantisci. 1730.* STRI-  
MESIVS *de manipulo hordaceo*  
*Francf. 1706.*



CAP. II.

\*\*\*\*\*

## CAPVT II.

DE SVMMIS

SACERDOTIBVS,  
SCRIBIS ET SENIORIBVS  
POPVLI.*Matth. XVI, 3.*

§. I.

**H**istoriae sacrae scriptores plurium sacerdotum mentionem iniiciunt, quum tamen disertum hac de re exstet Dei mandatum, quo vnus tantum sacerdotali munere per omnem vitam fungeretur. Hoc qui curatius perpendit, facile posset adduci, vt litterarum sacrarum auctoritati quid detraheret: quod vero vt impediatur, sequentia erunt adnotanda.

1) Ea tempestate, qua Christus cruentam passionem subiit, omnis reipublicae fratus quam maxime erat turbatus et rerum sacrarum administratio multis in rebus peruersa et Diuinae voluntati contraria. Hinc summum praesulatum iis potissimum, qui maximam argenti partem pollicebantur, esse tradi-



traditum iisdemque mox post anni vnus decursum ademptum esse, relatum legimus. Hi vero, qui sacerdotali munere erant exuti, vt haberent, quo animum possent recreare in ingenti dignitatis iactura, nomen sacerdotis summi retinebant. Accedit

2) quod omnes, qui e tribu Leuitico fuerant orti atque in synedrium recepti, splendido summi pontificis nomine fuerint insigniti.

3) quod ipsi sacerdotum filii *principes sacerdotum* vocari amarent.

4) veri maxime est simile, quaeuis capita ordinum sacerdotalium, quorum auctor erat Dauides, *ἀρχιερεῖς* esse vocata. Adde

5) quod graeco sermoni maxime sit commune, vt pro simplicibus composita nomina et v. v. adhibeat. Vnde factum esse arbitror, vt sacerdotes, qui in synedrio ius dicebant, pro consueto sacris scriptoribus dicendi genere, *ἀρχιερεῖς* fuerint appellati.

§. 2.

In N. F. libris saepissime *scribarum* nomina occurrunt, qui modo *γραμματεῖς*; modo *νομικοί*, modo *νομοδιδάσκαλοι* *Efra* VII, 6. *Luc.* VII, 30. *V.* 17. *Matth.* XXII, 35. coll. *Marc.* XII, 28 et *Luc.* X, 25. adpellantur



tur. Huius generis homines a multis singularis sectae adseclae et auctores esse existimantur. Verum nimis temere. Nam nomen *scribae* quum dignitatis atque muneris sit signum, eos denotare videtur Iudaeorum doctores, qui vel codicem sacrum describebant et corrigebant, vel liberis erudiendis operam nauabant, vel populo in sanciendo foedere inferuiebant: quo intuitu etiam *γραμματῆς τοῦ λαοῦ* *Matth. II, 4.* dictitantur. In primis vero operam suam synedrio praestitisse referuntur: quum vnus absoluentium, alter condemnantium vota colligeret.

§. 3.

Tandem MATTHAEVVS *loco excitato*, seniores populi vnitum cum sacerdotibus et scribis seu vniuerso synedrio, consilium cepisse nominat. Hi, prae reliqua plebe prudentia, experientia atque rerum peragendarum scientia eminebant. Hinc in omnibus, quae maximi erant momenti, rebus in consilium adhibebantur. Legantur BYNAEVVS *de morte I. C.* p. 98. SIGONIVS *de rep. Ebraeorum* l. V. c. II. SELDENVS *de Synedriis Ebraeorum.*



CAP. III.



\* \* \* \* \*

CAPVT III.  
DE  
VNCTIONIBVS  
VETERVM CONVIVA-  
LIBVS.

*Matth. XXVI, 6-13.*

§. I.

**M**irus orationis ordo, quo scriptor sanctus in enarranda vnctione Christi vitur, vt in nostra hac de re commentatione strenue, quantum fieri potest, seruetur nostrum esse videtur. Hinc quatuor potissimum partes erunt recensendae. I. Generatim de veterum vnctionibus conuiuialibus loquemur. II. Oleum, quo Christus fuit vnctus recensebimus. III. Vasculum olei quale fuerit et IV. Modum vnctionis, a pia muliere Christo exhibitae, enarrabimus.

§. 2.

I. Vnguenta semper inter praecipua conuiuiorum ornamenta ab omnibus populis referebantur. De *Ebraeorum* consuetudine,

BA

B

vt

vt de his primo dicamus, varia sacrarum litterarum effata testantur. Documento esse potest SALOMONIS hac de re sententia *Cob. IX, 8. oleum in capite tuo ne deficiat. et Cant. l. 12. dum rex in suo adcubitu est, nardus mea dedit odorem suum: item AMOSI, qui suorum ciuium luxuriam his verbis describit: bibunt e crateribus vinum, et oleo praestantissimo se vngunt. cap. VI, 6. add. Ezech. XIII, 41. Micha VI, 15. 1 Paral. XII, 40. 2 Paral. XXVIII, 15.* Confirmantur haec insignibus N. F. locis *Luc. VII, 37. Io. XII, 3. Matth. XXVI, 6. Marc. XIV, 3.* Haec, quae attulimus testimonia, satis superque demonstrant, vnctiones coniuales Ebraeis veteribus curae cordique fuisse. Ex orientis regionibus vnctionis ritus ad Graecos et Romanos transiit. Graecos vbique inuenimus de vnctionibus sollicitos. Nam HOMERO teste *Odyss. V. vers. 476. Telemachum, antequam adcumberet*

λοῦσεν καλῇ Πολυκάστῃ,  
Néstoros ὀπλοτάτη θυγατρὴ Νηληιάδαο,  
αὐτὰρ ἐπεὶ λουσέντε καὶ ἔχρηεν λιπ' ἐλαίῳς.

hoc est:

lauit pulcra Polycaeste,  
Nestoris minima natu filia, Nelei filii,  
porro postquam lauuit et unxit pingui oleo.

Ad



Ad Romanos si nos conuertimus, innumera se nobis offerunt exempla de vnguentis, sedulo in conuiujs adhibitis. Eleganter, vt solet, canit HORATIVVS lib. II. od. VII.

Pompei, meorum prime sodalium:  
cum quo morantem saepe diem mero  
fregi, coronatus nitentes  
Malobathro Syrio capillos.

Venusti satis atque lepidi hoc de ritu extant  
CATVLLI versus epigr. 13.

Coenabis bene, mi Fabulle, apud me  
Paucis, si tibi dii fauent, diebus,  
Si tecum attuleris bonam atque magnam  
Coenam vino et sale et omnibus cachinnis.  
Nam vnguentum dabo, quod meae puellae  
Donarunt veneres cupidinesque,  
Quod tu quum olfacies, deos rogabis,  
Totum vt te faciant, Fabulle, nasum.

Sufficere credo, quae adduxi, testimonia. Quos plura hac de re legere iuuat, euoluant CHRIST. GVIL. FRANC. WALCHIVM *Dissert. de vñtionibus veterum Ebraeorum coniuualibus* pag. 24 sq. IVL. CAES. BV-LENGERV M *de conuiujs vet. Rom.* lib. III. cap. XXVI. p. 190. et STVCKIYM *antiquit. conuiu.* lib. III. cap. XV, p. 346.



§. 3. *Αἰθιοπικὸν ἢ ποικίλον*

II. Iam de *oleo* quaestio oritur, quo, ad vngendum saluatorem, vsa est honesta mulier. Vnguentum, quod Maria adhibuit, a *Matthaeo* XXVI, 7. *μύρον βαρύτιμον*, a *Marco* *πολυτέλες* XIV, 3. et a *Ioanne* *νάργδος πικρῆ* adpellatur, cap. XII, 3. Ex his testimoniis evidens esse credo, Mariam Christum vnguento pretiosissimo inunxisse. Nam *νάργδος*, quam Ioannes refert, teste *Clemente Alexandrino* maximo in pretio apud omnes gentes habita est. Hinc HORATIVS

*Affyriaque Nardo*

*potamus vncti?*

Accedit, quod vox *πικρῆ* adiiciatur, quae magnum vnguenti pretium innuere videtur. Nam siue credamus, *νάργδος* eam ob causam *πικρῆν* vocari, quod in Indica ciuitate *Pisa* fuerit parata: seu ponamus, hac adpellatione dignitatem, pretium atque sinceritatem *τῆς νάργδος* indicari: ingens tamen olei pretium euinci posse existimamus. Ponderus addit non leue Iudae proditoris sententia, qui oleum, a muliere adhibitum, magno vendi potuisse pretio adfirmat. Nam verba eius haec fuere: *δια τὸ τοῦτο τὸ μύρον οὐκ ἐπράθη τριακοσίων δηναρῶν*; IOANNES cap. XII, 5. Haec vero Iudae sententia

scho-



scholam pharisaeorum redolere mihi videtur. Nam illos, quum feueriorem adfectarent vitae rationem, ab omnibus omnino unguentis abhorruisse constat.

Ceterum adnotari meretur, Christum, antequam passionem subiret, duplici unctione fuisse decoratum: *altera* eueniebat sexto ante pascha die. *Luc. VII, 37.* *altera* die martis eiusdem hebdomadis, qua pro mortalium salute diem suum obibat. *Io. XII, 3.* *Matth. XXVI, 6.* et *Marc. XIV, 3.*

## §. 4.

III. Unguentum, vt sacri scriptores referunt, in ἀλαβάστρω erat reseruatum. Ex hac vero dicendi ratione non potest euinci, cuiusnam materiae vas illud, quod ἀλάβαστρον vocant, fuerit. Nam vox ista non de lapideis solum, seu de lapide alabastrite, seu de vitreis, sed de quibusuis vasis unguentariis adhibetur. Testantur de hac re THEOCRITI verba *Idyllio XV.*

Συρίω δὲ μύρω χρίσσει ἀλάβαστρον  
hoc est  
aurea alabastra plena unguento Syrio

Quin et ATHENAEVS *lib. XIV* ἀλάβαστρον inter aurea vasa numerat. Ex his, quae dixi, aliquo tamen modo potest effici, alabastrum vas fuisse omni tempore in ingenti



pretio habitum. Hinc ipsa Venus, AELIANO teste, *Phaoni* pro gratiae mentis signo alabastrum cum vnguento donauit. Sic enim AELIANVS refert: ἀνθ' ἧν ἡ θεὸς ἔδωκεν ἀλάβαστρον αὐτῷ, καὶ εἶχεν αὐτῇ μύρον, ᾧ χριόμενος ὁ Φάων, ἐγένετο ἀνθρώπων κάλλιστος. *Pro quibus meritis alabastrum ei cum vnguento dea donauit: quo vnctus Phaon omnium hominum speciosissimus euasit.* Ceterum, si alabastrum spectes hic commemoratum, illud vel ex lapide, vel vitro formatum fuerit oportet, quod Maria συντήψασα τὸ ἀλάβαστρον dicatur.

## §. 5.

IV. A sacrae historiae scriptoribus modus vnctionis quoque indicatur; 1) enim Mariam vasculum vnguentarium confregisse referunt. Vox graeca συντήβειν, qua auctores sacri vtuntur, magna inter eruditos diffidia excitauit. Nam criticorum nonnulli *syrum* sequuntur, qui vocem συντήβειν eo verbo exprimit, quod Latinis *aperire* dicitur. Alii, cum *Alethaeo* et *Hammondo*, per τὸ συντήβειν concussionem et conuassationem particularum vnguenti intelligi volunt, iisque nituntur sacrarum litterarum locis, quae vere contrariae parti adfentire videntur. In subsidium enim vocant verbum συνθλάειν, quod



quod in glossario quidem graeco exhibetur, et nonnunquam quassationem denotat, verum multis in locis ita adhibetur, vt confractio- nem quoque indicare possit. conf. *Matth.* XXI, 44. *Luc.* XX, 18. Omni igitur iure in Lutheri versione persistendum esse credo, qui τὸ συντρίβειν per *confringere* explicandum esse adfirmavit. Quod obuertere solent multi, vnguentum fracto vasculo non potuisse effundi, omni prorsus fundamento defluitur. Nam vnguentum forte solidioris fuit structurae nec ad fluxum admodum accommodatae. Hinc veri est simile, vt fracto alabastro ad effusionem facilius perficiendam profuerit. conf. WOLFIVS in *curis philolog. crit. in Euang.* pag. 521. 2) oleum a Maria in caput saluatoris effusum esse praedicatur: id quod more veterum atque institutis Ebraeorum accidit. Nam fuit in antiquarum gentium consuetudine positum, vt prae reliquis corporis membris caput inungerent. Loquitur hoc de more praeter Christi vncionem *Salomonis* effatum *eccles.* IX, 8. *habe caput vnguento delibutum sine intermissione; et Davidis, psalmo* XXIII, 5. *Tu reddis caput meum oleo delibutum.* Consentanea sunt profanarum gentium testimonia. Hinc

TIBVLLVS canit:

B 4

Illius



*Illius puro distillent tempora nardo*  
 et alibi:

*iam dudum syrio madefactus tempora nardo.*

Argumento nostro adprime apta est

NI. enarratio:

*Accipiunt feras nardo florente coronas*

*Et nunquam fugiente rosa: multumque madenti  
 Insudare comae.*

Quin et nonnunquam pedes conuiuiarum esse vnctos veterum testimoniis et ipso Christi exemplo potest confirmari. *Luc. VII, 46.*

Haec vngendi ratio inter Ebraeos erat maxime necessaria, quod nudis plurimum pedibus incedebant, et vsu vnguentorum impediebant, quo minus odor inimicus conuiuis inter prandendum excitaretur. Tandem 3) Mariam pedes oleo delibutos crinibus absterfisse *Ioannes* enarrat. Quae vt rite intelligantur, erit obseruandum: Mariam pedes Christi aqua ablutos, capillis, moerentium more per faciem immisissis, deterfisse, his que peractis vnguentum in pedes effudisse. Prolixe his de rebus commentati sunt *PANCIROLLVS rebus deperditis. part I. tit. IX. STARCKIUS notis selectis in loca dubia N. T. p. 81. HOMBERGIUS in parrergis p. 109. CORN. ADAMI obseruat. sacris. p. 171. et ALII, quos WOLFIVS loco excitato commemorat.*

CAP. III.



## CAPVT III.

DE

SICLIS, QVOS IVDAS  
PRODITOR ACCEPIT.*Matth. XXVI. 14.*

§. I.

**P**roditores, vel, vt a *Plinio* vocantur, *indices et delatores*, qui turpi lucri cupiditate adducti infantes sceleris cuiusdam accusabant, infames existimatos esse a Romanis, variis edocemur testimoniis. Hinc

CASSIUS SEVERVS: *Qui accusatoriam vitam viuunt, ait, et ad vexandos reos praemio ducuntur, latrocinium turpissimum exercent, improbamque voluptatem quaerunt ex aliena calamitate.* Nullo quidem modo potest negari, in romanorum legibus varia praemiorum genera iis fuisse decreta, qui salutis reip. causa sceleratos homines accusabant. Cuius rei vtilissimum fuisse institutum, neminem dubitare suspicor. Ab honestis tamen ciuibus, is pecuniam acquirendi modus, nefandus semper atque impius



censebatur: in primis quum plurima delatorum pars, sacra argenti fame, innocentes accusare non erubescerent. Quam ob causam PLAVTVS *in persa.*

*Neque quadruplari me volo: neque enim decet  
Sine meo periculo ire alicna ereptum bona.*

Quae PLAVTI verba vt satius intelligantur, notandum est, ex Neronis Caesaris praecepto iis, qui reos accusabant, quartam bonorum partem, quae reus possidebat, esse decretam. Quae res deinde effecit, vt omnes delatores *quadruplari* dicerentur. Huius vitae generis turpitudinem quum perspicerent romanorum imperatores, indices saepius grauissimis suppliciis adfecerunt. Hoc de *Tito SVETONIVS* adfirmat. Ille enim, delatores adfidue in foro flagellis et fustibus caesos, in asperrimas insulas auhendos iussisse dicitur. Ex his, quae *οἷς ἐν παράδοω*, vt aiunt, de proditoribus dixi, satis adparere credo, Iudam nec pio, nec honesto homine dignum facinus patrasse, quum praecptorem, nulla causa adductus, nisi quam turpis ipsi auaritia suppeditabat, pro triginta siclis accusauerit. Iam operae pretium facturus esse mihi videor, si, quae siclos attingent, pauca adnotare animum adpellam.



§. 2. Siclus, *שֵׁטֶל*, *ἀργύριον* est moneta argentea, quae, si valorem spectes, dimidiam imperialis partem constituit. Varii sicli nostra aetate ostenduntur, quorum in vno latere *orna mannae* seu, si mauis, *thuribulum Aaronis*: in altero vero *virga frondens Aaronis* conspicitur. Sed nimis creduli sunt, qui eiusmodi ineptiis fidem vel minimam tribuunt. Nam etsi nullum est dubium, quasdam Ebraeorum monetas hodie esse superstites, quum numi nostra aetate extent iudaicis longe antiquiores: nulla tamen, certo insufficienti ratione illi mouentur, qui, numos in templo Hierosolymitano hodie extantes, pro siclis existimant.

§. 3. Sicli, quos Iudas accepisse dicitur, a Marco et Luca indefinite sumuntur, a Matthaeo autem definito numero exprimuntur. Is enim, proditorem saluatoris triginta impetrasse siclos pro praemio indicino, diserte narrat. Quantus horum numerorum fuerit valor ex iis, quae antea diximus, potest colligi. Triginta enim sicli quindecim fere taleros constituebant. Obuertit quidem *Baronius*, quindecim imperialium summam  
pro



pro pretio, quod Iudas acceperit, non posse adsumi: quum adeo fuerit tenue, vt pro illo ager non potuisset emi, quod tamen factum esse *Matthaeus* testatur. c. XXVII, 7. Sed duo sunt, quae Baronio regeri possunt. 1) Quamuis nostra aetate, nimis aucto omnium rerum pretio, 15 imperialibus non possit ager redimi, priori tamen tempestate tam vile obtinuisse pretium inde patet, quod *Jeremiam* 7 siclis atque 10 argenteis agrum sibi comparasse *Jerem.* XXXII, 9. legimus. Accedit, quod fortassis ager ille ad agriculturam fuerit plane ineptus et testis fictilibus refertus, adeo, vt nulli rei, nisi sepulturae fuerit idoneus. 2) Ingens hoc in casu se Dei exseruit sapientia. Nam quum Christus in infimum serui statum esset detrudendus, ipsum pretium statui saluatoris adcommodatum esse oportuit. Hoc enim vilium mancipiorum erat pretium, quo ipsa aestimabantur. *Exod.* XXI, 32. Vnde factum est, vt ipse Messias vile, quo fuerat venditus, pretium deploret. *Zachar.* XI, 13.

## §. 4.

Quos dixi, numi argentei teste *Matthaeo*, adpendebantur delatori; quos vero tantum promissos esse Iudae a sacerdotibus, ceteri



ceteri scriptores sacri referunt. Omnium scriptorum narratio optime inter se convenit. Nam fieri potuit, ut proditori triginta nummos argenteos pollicerentur, eosque adpenderent, qua re, se seruatu- ros esse sua promissa, eum edoceri cupiebant. Quum vero, homini omnium sceleratissimo, non esse fidem habendam suspicarentur, iudices tamdiu pecuniam reseruabant, dum, quod ipse patrandum promiserat facinus, perfe- cerat.

Vox ἔσθωσιν, qua *Matthaeus* vitur, terminus est ex iure ciuili desumptus atque proprio significato indicat: *desinire, constituere tem- pus*. Quae vocis significatio, si hic adsumitur, planam efficit huius dicti interpretatio- nem et cum reliquis scriptoribus conuenien- tiam. Ceterum conferantur *THVLEMANNVS de variis sctis Ebraeorum*. *LVDIVS antiquit. iud.* lib. I. cap. XXXVI. n. XV. *RELANDVS in antiquit. Ebr.* p. 492. *ANT. AVGVSTINVS de numis veterum dialogo II.* pag. 12.



\*\*\*\*\*

## CAPVT V.

DE

LOTIONE PEDVM  
A CHRISTO DISCIPVLIS  
PRAESTITA.*Ioann. XIII. 4. 5.*

§. I.

**L**auatio pedum ante discubitum inter profanas gentes perpetuo erat more recepta. De *romanis* PLAVTI loquitur testimonium *perfa Acl. V. scen. II.*

*Locus hic tuus est; huc accumbe: ferte aquam  
Pedibus; praeben' tu puere?*

*Ebraeos* quod attinet, dissensus inter eruditos versatur, num semper ante discubitum a Iudaeis lotio pedum fuerit suscepta. Plurima eruditorum pars actionem Christi, quum ante captum cibum discipulorum pedes lauaret, ad minus ordinarias referunt, haud leuibus sane argumentis adductis.

1) Contendunt pedes esse ante conuiuium ab iis lotos, qui ab itinere redierant, ne sordidis forte pedibus lectos polluerent purapura



pura atque pretiosis aulacis tectos. *Gen. XIX.*  
 4. XLIII. 24. Ex iis igitur, qui conuiuio  
 Christi intererant, quum nullus peregre  
 abisset, pedum lotionem minus fuisse ne-  
 cessariam existimant. 2) Pedilauium tan-  
 tum ante solemnia epula, nec ante com-  
 munita conuiuia ab Iudaeis fuisse obseruatum  
 adfirmant. 3) Insolitum fuisse recte con-  
 tendunt, vt discipulorum pedes a magistro  
 lauarentur. 4) Addunt, causas, quibus  
 adductus Christus discipulorum pedes abluit,  
 fuisse extraordinarias, ideoque totum actum  
 a communi Iudaeorum consuetudine ab-  
 horruisse.

## §. 2.

Ioannes qui hanc Christi actionem, ne  
 minimis quidem praetermissis circumstan-  
 tiis, diligenter exponit, I. *Tempus* nomi-  
 nat, quando lotio pedum a Christo fuerat  
 suscepta: *δεπνον γενομένου*. Eorum argu-  
 menta, qui ex hac dicendi ratione pedum  
 lauationem peracta coena fuisse susceptam  
 colligunt, admodum sunt dubia et nullius  
 fere momenti. Nam 1) ex antiquitatibus  
 satis superque constat, lotionem pedum  
 semper ante captum cibum esse factam.  
 Documento esse potest, quod superius ad-  
 duxi



duxi PLAVTI testimonium et quam plurima S. S. exempla. *Luc. VII, 44. Gen. XLIII, 24.* 2) *Ioannes* vers 12. Iesum quidem adcubuisse, verum iterum surrexisse testatur. 3) Accedit, quod diserte s. scriptor enarret v. 26. 27. coenam iam peracta pedum lauatione incepisse. Quae si cogitentur pro parte nostra argumenta, adparebit, illud *δείπνου γενομένου* cum *Beza* aliisque non posse verti *coena absoluta*, sed *coena parata*, quum iam cibi essent adpositi.

Dies, quo Christus lotionem dictam discipulis praestitit, non certo potest definiri. Illi, qui *die Iouis* peractam esse credunt, harmoniae historiarum vim inferunt: qui vero *diem Mercurii* adsumunt probabiliorem fore videntur opinionem. Conf. GOTTF. OLEARIVS *observat. ad Matthaeum* p. 730. SAGITTARIUS *harmonia pasf. I. C.*

## §. 3.

II. Christum, quum de coena surrexit, τὰ ἱμάτια deposuisse, *Ioannes* v. 4. enarrat. Iudaei duas praecipue vestes gerere solebant, vnam, quam *Χιτῶνα*, *tunicam*, adpellabant, alteram, quae ipsis ἱμάτιον, *pallium* vocabatur. Scriptor sacer, quum ἱματίων mentionem iniiciat, non plures vestes, vt *Baronius* vult, sed vnum Christi pallium hic innui-



innuitur. Id ex *Ioann.* XIX, 25. adparet, vbi de Christi pallio in quatuor partes diuiso eadem vox in plurium numero adhibetur. Conf. CASAVBONVS in *exercitatt.* p. 437.

## §. 4.

III. Christus aquam in *peluim*, τὸν *πυτῆρα*, infudisse dicitur. Vox graeca plerumque *labrum* significat, et interdum pro eo adhibetur, quod Graecis *ποδανίπτρες*, *pelluuium*, vocatur. Quae hic possit, vnde aqua, quae in *peluim* infundebatur, fuerit hausta. In promptu est responsio. In Iudaeorum tricliniis seu coenaculis disposita plerumque erant vasa magna, aqua impleta, ex quibus in minora infundi poterat sufficiens aquae multitudo. Ad haec vasa maiora referri merentur, ὑδαταί λιθίνοι, quarum *Ioann.* II, 6. mentio iniicitur.

Vasa, seu minora, seu maiora spectentur, ad lotiones adhibita, vulgaria erant et vilissimi pretii. Hac obseruatione lumen accipit locus Davidis *Psal.* LX, 10. מֵיָאֵב מִיָּרֵחַ Moab est olla lotionis meae i. e. Moab gens est omnium vilissima.



C

CAP. VI.

\*\*\*\*\*

CAPVT VI.

DE  
COENACVLIS  
VETERVM

*Marc. XIV, 15.*

§. I.

**I**udaei ad hospites rite excipiendos singu-  
lares aedium partes eligebant. Testatur  
hoc de more coenaculum illud, cuius Mar-  
cus mentionem facit, et quod *ἀνώγειον μέγα*  
*ἐξωμένον* adpellatur. 1) Vox *ἀνώγειον*, quod  
recte ab *ἀνω* et *γῆ* seu *γαῖα* deriuatur, cu-  
biculum indicat terra altius, seu quod in  
altiori aedium parte erat extructum. In  
hac aedificii parte a Iudaeis peregrini ho-  
spitio excipiebantur, a Graecis vero cubi-  
cula virginum parabantur, ne illae sponso-  
rum temeritati et lubidini essent expositae.  
Huic aedium parti illa conclauiā opposita  
sunt, quae *ὀκλαὶ κατώγειοι* vocabantur et  
vel in infima aedificii parte, vel subterranea  
erant. Externa coenaculi facies, in quo  
Iesus pascha comedit, curatius describitur,  
2) quum *Marcus* *ἀνώγειον* illud *ἐξωμένον*  
feu



seu fratrum fuisse adfirmat. *Lutherus* vocem ἐσρωμένον per gepflasterten Saal transtulit. Verum non fatis apte. Nam in his verbis ellipticum dicendi genus adsumendum est, adeo, vt ἀνώγειον ἐσρωμένον idem sit, ac dicatur, ἀνώγειον λέχῃσι ἐσρωμένον. Ita vt suppleatur sacer textus, cum modus veterum discumbendi, tum vocabula exigere videntur ab Ebraeis atque Graecis adhibita. Illi enim coenaculum lectis fratrum בית המטות i. e. domum lectorum vocare adsolent: Isti vero vocem τρακλίσιον adhibent, qua et locus discubitus, et lecti, quibus discumbebant conuiuiae, indicantur. Tandem 3) addit *Marcus*, ἀνώγειον fuisse ἔτοιμον, iisque rebus instructum, quae ad celebranda paschatis solemnia exigebantur.

## §. 2.

Hac de re conferri merentur VITRINGA de vet. Synagoga p. 148. BVXTORFIUS in dissert. philolog. theol. p. 308. STVCKIUS antiquit. conuiual. lib. II. cap. XIV. pag. 184.



\*\*\*\*\*

CAPVT VII.  
DE  
MODO DISCVMBENDI  
VETERVM IVDAEORVM.

*Ioann. XIII, 23 - 25.*

§. 1.

**V**erba *Ioannis* maxima obscuritate nobis erunt inuoluta, nisi ex more accumbendi veterum, quid sibi velit *Ioannis* in sinu *Iesu* accubitus, curate definiamus. Rem ergo aggrediar, non inanem aut superfluam, si paucis de veterum *Iudaeorum* discumbendi modo commentabor.

§. 2.

*Iudaei* in accubitu nulla fere ratione a *Romanorum* accumbendi consuetudine recedebant. Quid igitur de *Romanis* dicitur, hoc etiam de *Ebraeis* posse praedicari credo. Hinc, quae prolixè satis *Lipsius* hac de re protulit, in vnam summam redigam, eiusque commentationis exhibebo breuiarium. „*In coenaculo mensa collocabatur rotunda magnitudine circiter quatuor pedum,*  
*rare*



raro amplior. Circa eam tres lecti, aulae-  
is, purpura, aut alia veste stragula intecti,  
pro opibus cuiusque. In eos conuiuiae re-  
cumbebant: sed prius positis calceis, ne le-  
ctum conspurcarent, quos iterum sumebant  
abituri. In vno autem lecto terni aut qua-  
terni iacebant. Ita fiebat, vt ex vna com-  
muni mensa raro plures, quam XI seu XII  
vescerentur. Modus accubitus hic erat.  
Iacebant reclinata superiori parte corporis  
in cubitum sinistrum, inferiori in longum  
porrecta et iacente, capite leuiter erecto,  
dorso puluillis modice suffulto. Et pri-  
mus quidem discumbebat ad caput lecti, cui-  
us pedes porrigebantur iuxta dorsum secun-  
di. Secundus puluillo interiecto, decumbe-  
bat ad umbilicum primi, pedes extendeban-  
tur ad dorsum tertii et sic deinceps. Ex  
hoc decubitu manauit summus locus, medius  
et imus, quorum frequens mentio apud hi-  
stóricos. Dignitatem si quaerimus, dignif-  
simus inter lectos medius, et in eodem lecto,  
loco, item medius.,,

§. 3.

Ex his, quae de more veterum accumbendi  
dixi, luculenta est verborum Ioannis inter-  
pretatio, quum se in sinu Christi accubuisse

C 3

dicit.



dicit. Ita enim discipuli cum magistro in lectis decumbebant, vt quasi circum constituerent, capitibus semper introrsum, pedibus vero extrorsum porrectis. Hinc vnus semper in alterius sinu recumbere videbatur, quum caput eius quasi pectori incumberet, qui superius accumbebat. Ex hac accumbendi consuetudine illae ortae sunt loquendi formulae, *in gremio, in sinu alicuius recumbere*, quae etiam romanis scriptoribus admodum sunt communes. Nam OVIDIVS *eleg. XVIII. lib. II. amorum* ita canit:

*Saepe meae dixi, tandem discede, puellae,  
In gremio sedit protinus illa meo*

et IUVENALIS *Satyra II.*

*Signatae tabulae, dictum feliciter, ingens  
Coena, sed in gremio iacuit noua nupta mariti.*

Interea, quum Christo proximus esset Ioannes non est dubium, quin id peculiaris amoris insignis fuerit documentum.

§. 4.

Vnum in textu sacro superest, quod inquisitione curatori dignum esse videtur. Nam quum omnes discipuli attoniti federent, tandem *Petrus*, qui prae reliquis hac sollicitudine liberari cupiebat, certoque cognoscere



scere tanti facinoris, quod Iesus referebat, auctorem, nutu significauit Ioanni, vt is sciscitaretur, quisnam esset, quem se esse accusaturum, Iesus diserte narrauit. Hic quaeri potest, qua in mensae parte Petrus accubuerit, vt Ioanni commode potuerit oculis signum dare. *Baronius* in hanc incidit coniecturam, vt crederet, Christum eiusque apostolos tribus lectis accubuisse: in vno cubasse ipsum cum Ioanne et Petro, reliquos in duobus iacuisse quinos. At quod prius attinet, non fuisset necessarium, vt Petrus oculorum nutibus suam mentem adperuerit, quum commode satis verbis potuisset cum Ioanne agere, si vtrosque in vno eodemque lecto accubuisse, adsumitur. Quod ad alterum, raro euenisse legimus, vt quini vno in lecto accumberent. Naturae igitur rei conuenientissimum est, si Petrum in obliqua mensae parte accubuisse statuimus. Ceterum multi eruditorum huic rei euoluendae operam nauarunt, inter quos principem locum tenent *LIPSIUS de ritu conuiuiorum apud romanos. Tom. III. opp. p. 1476. BULENBERVS lib. I. de conuiujs cap. XXXIII. et SAGITTARIUS historia passionis I. C. part. I. cap. XIV. pag. 200.*



## CAPVT VIII.

### DE

# HYMNIS VETERVM.

*Marth. XVI, 30.*

§. I.

**H**ymni vocabulum de quouis carmine  
vsurpatur. Hoc ex THEMISTII  
oratione XIII. adparet, vbi panegyricam ora-  
tionem hymnum adpellat. At inprimis  
illud carminis genus, quod in Dei honorem  
decantatur, hymni nomen gefisse apud ve-  
teres, constat. Hinc tantae tamque amplae  
in V. F. extant Dei celebrationes. Docu-  
mento esse potest *Deborae* et *Baraci* post  
victum *Sifferam* hymni. *Iudic. V. Annae,*  
*coniugis Elcanae,* de virtutibus Dei cantus.  
*I Sam. II, 1-10* hymnus *Iesaiæ,* *Ies. V. to-*  
*tius coetus sanctioris,* de miranda contra  
hostes defensione carmen. *Ies. XXVI.*  
*hymnus mulierum* victis *Philistæis* *I Sam.*  
*XVIII.* hymnus *Hiskiae.* *Ies. XXXVIII.*  
*hymnus Ionæ.* *Ion. III.* In N. F. christia-  
nos eiusmodi hymnos in diuinum honorem  
cantasse, variis in locis adseritur *Act. XVI, 25.*  
*Ephes.*



*Ephes. V, 19. Coloff. III, 16. 1 Cor. XIII, 26. Iac. V, 13. et PLINII epist. lib. X. epist. XCVII.*

§. II. 2.

Iam hymnus, quem Christum finita coena dixisse scriptores sacri referunt, considerandus nobis est. Qua in re tria demonstranda nobis incumbunt:  $\alpha$ ) quem hymnum Christus decantauerit  $\beta$ ) quo tempore et  $\gamma$ ) qua ex causa a Christo fuerit cantatus.

§. III. 3.

I. Quum ex passionis Iesu historia adpareat, illum et in minimis rebus Iudaeorum obseruasse consuetudinem, quae in celebrando paschate ipsis erat perpetua lege recepta: tuto potest colligi, Iesum in coena paschali ea usum fuisse cantione, quae ab eorum more minus abhorrebat. Geminum scilicet hymnum canebant Iudaei nocte paschali, alterum, quem *Hallel* vocabant, sex constantem *Psalms CXIII - CXVIII*: quorum vnam partem, nempe *Psalum CXIII. et CXIV.* ante accubitum, alteram partem, quam reliqui psalmi constituebant, finita coena decantabant. His subiungebant *Psalum CXXXVI, Hallel magnum* ipsis voca-

C 5

tum.

tum. Quae quum ita sese habeant, non est, cur dubitemus, Christum utroque illo hymno usum esse. *Grotius* quidem, variis adhibitis argumentis, demonstrare enititur, hymnum, quem Christum decantasse nouimus, non fuisse diuersum ab illa oratione, quae *προευχώνιος* vocari adsolet et ab *Ioanne* describitur. Sed posita hac opinione, non intelligo, qua ratione discipuli saluatorem praeeuntem in recitando sequi potuissent, quum, quam adsumit *Grotius*, Christi oratio ignota ipsis fuerit. Quod si vero ab hoc ritu recessisset saluator, certe scriptores sacros curate id enarrasse credo, quum omnes precandi formulas, quas Christus patiens adhibebat, sedulo litteris mandassent.

## §. 4.

II. Tempus, quo Christus hymnum decantauerit, non certo potest definiri. *Baronius* existimat, illum dilatatum fuisse post omnes Christi sermones, et precationem, quam *Ioannes* cap. XVII. memorat. Verum probabilius est, hymnum orationem *προευχώνιος* ceterosque sermones ab *Ioanne* adductos praecessisse.



## §. 5.


III. Iudaei hoc decantato hymno voluptatem significabant, quam ex promisso Messia ipsis capere liceret. Haec vero ratio quamvis apud saluatorem non locum inueniat, nihil tamen impedit, quo minus credamus, Christum hoc obseruato more uilium ceremoniarum se exhibuisse statorem. Conferantur hæc de consuetudine

CASAVBONVS *exercitat. Anti - Baron.*

pag. 437. GERHARDVS *harmonia euang.*

tom. III. p. 1725. et BYNAEVS

*de morre I. C. p. 15.*



CAP.

\* \* \* \* \*

## CAPVT VIII.

DE IIS,

QVAE

QVVM CHRISTVS

CAPE RETVR,

EVENERVNT.

*Matth. XXVI, 47.*

§. I.

**I**udas cum spira aduenisse dicitur. Per hanc vocem romanos milites innui, ex *Ioann. XVIII, 3* potest colligi, vbi spira a ministris sacerdotum distinguitur. Eiusmodi milites ad cohortem praetoriam pertinebant, quae praesidibus prouinciarum et Legatis Imperatorum tradebatur, vt non tantum prouincias ab omni impetu immunes praestare possent, verum etiam sceleratos in vincula conicere, custodire et, si necessarium esset, ad supplicium trahere. Sacerdotes eam ob causam romanos milites a Pilato sibi expetebant, quod futurum esse existimabant, vt, si suis tantum ministris  
vtē-



vtrentur, facile possint ab iis repelli atque superari, qui a Iesu partibus stabant et ingentem multitudinem efficiebant. Non potest obuerti, quod, quum eo tempore nox adesset, milites romani non potuerint convocari. Nam stabat semper in Antonia arce cohors romanorum, et dispositi per porticus milites diebus festis populum, ne quid nouaretur, obseruabant.

## §. 2.

II. *Spira cum ministris iudicii et Pharisaeorum, atque legatis synedrii venisse ad Christum refertur.* Illud hominum genus, quod *ministros iudicii* vocant sacri scriptores, lictorum munere fungebatur atque reos vinculis mandabat. *Matth. XXVI, 57. Ioann. XVIII, 3. Ioann. VII, 45. 46.* Qui vero *synedrii legati* atque *σπαρτηγοὶ τοῦ ἱεροῦ* *Luc. XXII, 4. 52.* adpellantur, non ad infimam hominum sortem pertinebant, sed summam templi praefecturam obtinebant. His minores subiecti erant templi praefecti, qui singulis excubiis praecerant. Nec mirum videri debet, praefectos eiusmodi *σπαρτηγούς* adpellari, quum tamen a militia longissime abessent. Nam qui auctorum profanorum scripta peruoluerit, facile edocebitur, vocem

σπαρτη-

σπάρτης Graecis non ducem bellicum, sed quemuis magistratum civilem denotasse. Ex marmoribus atque aliis antiquitatis monumentis hoc posset ostendi, sed quem plura haec de re legere iuuat, ad DEYLINGIUM *obseruat. s.* part. III. p. 237. SPANHEMIUM *in Iulianum* p. 76. nec non ad BYNAEVUM saepius adductum delegamus.

## §. 3.

III. Nec hoc possum silentio praeterire, quod illi nefandi sceleris focii cum funalibus, lignis, gladiis et fustibus aduenisse dicantur. His instrumentis plerumque utebantur, si insignis latro erat conquirendus, ut omnes illi effugiendi modi eriperentur.

## §. 4.

III. Iudas ad Christum accessisse eumque osculatus esse refertur, his usus verbis: *Aue Rabbi.* Obtinuit olim apud Ebraeos atque Graecos consuetudo, ut discipuli magistrum osculo exciperent. Atque adeo non immerito quaeri potest, utrum id Iudas fecerit officii praetextu aut alia ex ratione. Multi Iudam eam ob causam Christum amplexum esse credunt, ne hostes tenebris decepti in alium manus iniicerent. Sed quum faces, quibus utebantur, satis veram personam

nam



nam ostenderent, non videtur haec coniectura firmo stare talo. Eo potius respexit Iudas, vt, dum ipse in amplexu et osculo Christi haereat, illi eundem comprehendant, ne ex eorum manibus elabatur, atque circumspicte in hoc negotio agatur. Fauet huic sententiae verbum *καταφιλεῖν*, quod significat, non simpliciter Iudam Christum supremis labris osculatum esse, sed ita, vt diutius et arctius eius amplexui inhaereret.

¶ 5.

V. Oratio Christi ad Iudam directa digna est, quae bene perpendatur. Sic enim Christum loquutum esse, scriptores s. referunt: *ἔταίρε, ἐφ' ᾧ πάρεσι; Ἰούδα, φιλήματι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδίδως;* Duo sunt in hoc colloquio, quae rite considerari merentur.

1) Christus proditorem *amici nomine oruat*. Haec adpellatio semper intimi amoris atque honoris signum reputabatur. Hinc apud Graecos philosophorum discipuli *ἑταῖροι* fuerunt adpellati, in primis illi, qui praceptoribus se prae aliis commendarant et intimiori amore digni erant. Vnde factum est, vt etiam romanorum imperatores magistratus splendido amici titulo cohonestarent. Mira igitur Christi humanitas ex hoc

col-

colloquio elucet, quum, qui infensissimi hostis nomine dignus erat, blando amici nomine adpellaretur. Cui rei maxime respondere credo illud *Quinctiliani* effatum: *Periit amicus meus: non vulgare nomen.* Custodienda est amici persona: ut quamquam de re nefaria, non tamen sine respectu amici loquatur, et actione tota misereatur illius.

2) Christus proditorem nomine affatur, quod nec tenue profecto humanitatis argumentum fuit. Nam ab antiquissimis iam temporibus mos fuit, ut, quorum nomina reticebantur, infames existimarentur. Hinc eorum nomina, qui flagitia aut nefanda scelera patrauerant, in tota gente fuisse deleta nec ab vilo in posterum adsumta, accepimus. Propter ea *Tiberius*, quum praenominibus variis distingueretur, *Lucii* praenomen repudiauit, postquam e duobus gentilitiis, praeditis eo, alter latrocinii, caedis alter conuictus erat. Perlecta passionis I. C. historia, lucido satis adparebit, Pharisaeos inuidia atque odio in Christum ductos nomen eius vel raro vel nullo tempore adpellasse. Conf. *Matth. XXVI*, 61. 65. 66. *Luc. XXIII*, 2. 18. *Matth. XXVI*, 72. Ex his, quae paucis ego dixi, constare ego inter omnes credo, Christum proditori ingens hu-



humanitatis atque amoris documentum exhibuisse, quum ipsum nomine suo adpellauerit.

quod nomen amici attinet, quod Iesum Iudae tribuisse nouimus, adnotarunt nonnulli, praeter Iudam neminem in omnibus N. T. libris *ἑταίρον* vocari, reliquos vero Christi amicos *φίλους* adpellari. *Io. XV, 14. 15.* Hanc ergo denominationem proditori ea ex causa a Christo datam esse credunt, vel vt veteris familiaritatis Iudam admoneret, vel vt communi aliquo nomine vteretur, quod indignis etiam et ignotis interdum imponi solet. *Matth. XX, 15. XXII, 12.* Ceterum non placet nobis illorum opinio, qui hanc adpellationem insultatoriam esse putant. Quis enim in tanto rerum discrimine mitissimum saluatorem ludibriis vsurum esse crediderit? *Conf. IO. HENR. MAIVS obseruat. sacris I. pag. 13. BRISSONIVS DE FORMVLIS lib. III. cap. XXVI. ELSNERVS in obseruat. N. T. tom. I. pag. 345.*

## §. 6.

VI. Iuuenis *περιβεβλημένος συνδόνεσ ἐπι γυμνοῦ* Christum sequutus, max vero infidias veritus, effugisse dicitur. *Marc. XIV, 51. 52.* Non hic sollicite nobis est inquirendum, quiaam iste iuuenis fuerit, sed id  
D potius

potius disquisitione nostra dignum censemus, quale vestimenti genus *findon* fuerit. Hoc vero notes velim, findonem non fuisse vestis pretiosae genus; nec, quod *Mal-donatus* autumat, vestimentum lineum, quo homines aduersus vim frigoris vterentur; sed nocturnum vestimentum atque cubitorium, quod ἐννοχίον nostro respondet. Alii per *findona* intelligi volunt pallium illud e lino confectum, quo pro religionis nota vfos fuisse Iudaeos nouimus. Quamuis vero non prorsus reiiciamus horum hominum interpretationem, tamen nudam esse coniecturam conicio, quod iuuenis ille religione ductus findone sola se induerit, neglecta veste interiori, vt austerioris vitae aut maioris sanctitatis speciem prae se ferret. Conferatur SAGITTARIVS *historia passionis I. C. part. II. cap. V. pag. 411.*

Multi sunt, de persona et vitae genere dicti iuuenis, inter eruditos dissensus. Quidam *Jacobum* minorem, alii *Ioannem* fuisse autumant. Sed veri non est similis horum sententia. Nam 1) hic iuuenis diserte ab apostolis distinguitur. *Marc. XIV, 50. 51.* 2) Non est credibile, hac nocte *Ioannem* vestimenta sua positurum fuisse; 3) Nec per



per sindonem, nudae cuti superiectam vestis  
 coenatoria potest intelligi, quum dubium  
 sit, an Christus ea in nouissima coena fue-  
 rit vsus, et illam Ioannes per viam atque  
 in horto retinuerit. 4) Ioannes, vt com-  
 munitis est sententia, in atrium pontificis  
 introiit. *Ioann. XVIII, 15.* Ergo non au-  
 fugere potuit. Igitur vero est simile,  
 adolescentem illum in vicina villae aedicula  
 pernoctasse et tumultu nocturno excita-  
 tum linteo humeris superiniecto adcur-  
 risse.





C A P V T X.  
 DE IIS,  
 QVAE, QVVM  
 PETRVS CHRISTVM  
 A B N E G A R E T,  
 ACCIDERVNT.

*Matth. XXVI, 69 - 75.*

§. I.

I. Ancillam summi pontificis ad ianuam  
 stetitisse sacrorum scriptorum narratio-  
 ne edocemur. Ianitores atque ianitrices,  
 quorum a *Marco cap. XIII, 34* et *Ioanne*  
*cap. XVIII, 17* diserta mentio inicitur, non  
 tantum ab Iudaeis, verum etiam Romanis  
 adhibiti sunt. A Romanis tam abiecta  
 tamque inhumana tractabantur ratione, vt,  
 quum ex suis legibus ἀπρόσωποι atque pro  
 nullis et mortuis haberentur, de illis non  
 mitius ageretur, quam de canibus, qui ad  
 aedes adligati introeuntes obseruabant. Hinc  
 ipsos romanorum ianitores eandem pertu-  
 lisse sortem legimus. Qua de re OVIDII  
 testatur testimonium:

*Ianitor*



*Ianitor indigne dura religate catena*

*Difficilem moto cardine pande forem.*

Haec Romanorum consuetudo, crescente forte fastu, a Iudaeis quoque adsumta est, qui muneri publico praeerant et his signis ab humili plebe distingui cupiebant. Hinc summum Iudaeorum pontificem seruos ostiarios aluisse accepimus, ut si quis forte aedificium pontificis insolenti modo fuerit ingressus, aut caedatur, aut propellatur. Conferatur PIGNORIVS *de seruis* p. 370. et SAGITTARIIVS *de ianuis veterum* cap. XX. Si argumenta spectes, quae serua ostiaria adhibuit, ut Petrum de facto, cuius illum accusabat, conuinceret, admodum tenuia sunt atque ridicula. Nam quamuis Petrus esset gente Galilaeus, nullo tamen modo ex hoc potest deduci, illum fuisse Christi discipulum atque socium delicti. Nam hoc argumentum a dialecto ductum si esset legitimum, omnes Galilaei, apud quos saepius Christum esse versatum nouimus, fuissent flagitii accusandi. Adi si placet AVGVSTVM PFEIFFERVM *in diss. de lingua Galilaea in fasciculo dissert. Philolog. N. VII.*

§. 2.

II. Petrus, audita ancillae accusatione, iurasse atque se singulari execratione deuovisse dicitur. Iudaei si iurabant, vel manum coelum versus tollebant, *Gen. XIV*, 22. 23. coll. *Pf. CVI*, 26. vel eam femori alterius supponebant, *Genes. XXIV*, 2. *XLVII*, 29. Vero est simile, Petrum priori modo iurasse cum solemnibus Dei ut testis atque iudicis invocatione. Si vero iuramento execrationem Petrus adiecit dicitur, verbum *κατανόησεν*, qualis illa detestatio fuerit, satis declarat. Ut enim qui sibi fidem haberi volunt aliquid adfirmantibus, dicere solent: *Ne viam, peream, male sit mihi, nisi hoc sit*: ita Iudaeis sollemnis in iureiurando formula erat: *Anathema sim* i. e. *sim* a Synagoga atque coetu Dei sanctiori exclusus.

§. 3.

III. Interea dum omnia mala sibi Petrus imprecatur, iterum cantasse gallus refertur. Ratione huius circumstantiae mirum est, quantum Philologi inter se dissentiant. Nam quum ex institutis Iudaeorum pateat, Iudaeos gallos Hierosolymis alere non consuevisse: multi in hanc discesserunt opinionem, *ἀλεκτοροφωνίαν* quam sanctiores sacri memorant,



rant, sensu improprio esse sumendam. Hinc non leuis eruditorum multitudo galli cantum mox de *buccina* sumunt, qua Romani vigiliis distinxerint et indicarint: mox interpretantur per *clamorem praefecti templi*, qui singulis diebus ianuam *Beth Moned* pulsauerit et sacerdotes ibi pernoctantes, excitarit. Sed haec *ἀλεντοροφωνίας* interpretatio non potest adsumi, si sacrarum litterarum auctoritatem contra hostium veritatis impetus defendere velis, qui omnia, quae in historia passionis I. C. occurrunt, facile pro metaphoris sumere possent et hac re ipsam facti veritatem euertere. Praeter ea, non possumus nobis persuadere, Iesum, quum Petri lapsum praediceret, impropriis seu minus vsitatis verbis fuisse vsu. Igitur naturae rei convenientissimum esse credo, vt Gallicinium ita accipiatur, vt apud Latinos atque Graecos vsurpari et in ipsis s. litteris occurrere nouimus. v. g. *Marc. XIII, 35.* Gallus ergo eiusque cantus non improprio significatiu est induendus. Nam quamvis libentes concedamus, Iudaeos Hierosolymis gallos alere non consueuisse: fieri tamen potuit, vt gallus in vicino domicilio a romanis fuerit nutritus. Nam quum Romani, qui ea tempestate Hierosolymis habi-

D 4

tabant,

tabant, tanquam Iudaicarum legum vel incuriosi, vel ignari viuerent, euenisse ego autumo, vt siue victus, seu suspiciorum, quae inde capere solebant, caussa aluerint gallos adeoque hinc gallicinio occasionem dederint. Conferatur IO. CHRIST. BIEL in *biblioth. Bremensi class. VI.* p. 1057. — BOCHARTVS *Hierozoico lib. I. cap. XVII.* et WOLFIVS in *curis philolog. ad Matthaeum pag. 379.*

## §. 4.

IV. Restat, vt illud excutiamus, quod MARCVS *cap. XIV, 72.* memorat, quum Petrus delicti sui grauitate permotus ἐπιβόλων acerbe plorasse dicatur. *Lutherus*, quem ingens interpretum multitudo sequitur, τὸ ἐπιβάλλειν per incipere vertit. Alii reddunt: *quum se proripuisset.* Aliis haec phrasis idem significat, quod *addens fleuit Luc. XIX, II. XX, II. i. e. repetitis vicibus fleuit.* Eorum vero interpretatio, qui in voce ἐπιβάλλειν, τὸ ἰμάτιον seu τὴν κεφαλὴν subaudiendam esse contendunt, maxime nobis adridet. Nam hic interpretandi modus α) crebro profanorum scriptorum vsu corroboratur. Qua de re ita scribit LAMBERTVS BOS, *Ellipsis est, ait, satis fami-*  
mili-



miliaris. Vt enim vox κεφαλή vel πρόσωπον  
 eleganter omittitur post verba, quae tegere  
 et velare significant: sic ἡμάτιον vel κάλυμμα  
 omittitur post verba, quae iniicere et similia  
 designant. Exemplum unum ex Isocratis  
 Trapezitico adduxit Salmasius ἐγκαλυψάμε-  
 vos ἔκλαιε. Adde aliud ex Plutarchi Timole-  
 onte p. 235. Καὶ συγκαλυψάμενος εἰσηκε  
 δακρύων. In illis deest κεφαλή vel πρόσωπον.  
 Sed in verbo ἐπιβαλλεν deest ἡμάτιον vel  
 κάλυμμα. Quod autem hic desit talis vox,  
 exemplo aliquo illustrabo. Euripid. Electra  
 v. 1221. ἐγὼ μὲν ἐπιβαλὼν Φάργη κορῆς ἡμάτι  
 i. e. equidem pallium iniiciens oculis meis.  
 Accedit β) quod apud veteres mos velato  
 capite plorandi fuerit receptus. Nam Iu-  
 daeos si spectemus, illis hanc lugendi con-  
 suetudinem in vsu fuisse, e sacrae scriptu-  
 rae testimoniis potest euinci. Nam Davi-  
 des iniecta capiti veste fleuisse refertur 2 Sam.  
 XV, 30. XIX, 4. Id quod de Iudaeis etiam  
 adfirmat IEREMIAS cap. XIV, 3. 4. Ro-  
 manis vero velatio capitis pudoris atque tri-  
 stitiae luculentum erat documentum. Hinc  
 I) Romanas virgines flammeo faciem suam  
 obuoluisse legimus. Qua de re verba  
 LVCANI testantur:

*Non timidum nuptae leuiter tectura pudorem  
Lutea demissos velarunt flammea vultus.*

2) Romanos, quum diis sacrificia offerrent, vestem capiti iniecisse, PLAVTVS testis est:

*Inuocat deos immortales, vt sibi auxilium serant,  
Manibus parvis, capite operto.*

et SENECA in *Hercule fur.* v. 355.

*Namque ipsa tristis vestis obducta caput  
Velata iuxta praesides adstat Deos.*

3) Illis, qui ad supplicium trahebantur, caput esse velatum, e LIVIO potest colligi.

Is enim, Appius Claudius, ait, metuens vitae, ex iudicio capite velato in propinquam domum se recepit. Idem libro I. cap. XXVI.

I licitor, ait, colliga manus: caput obnubito: arbori infelici suspendito.

Conferatur WOLFIVS loco excitato p. 531. BARTHIVS

ad Claudianum N. 1208. CASALIUS de profanis et sacris vet. ritibus

cap. XXII. p. 116.





\*\*\*\*\*

CAPVT XI.  
DE RITV  
VETERVM VESTES  
DIRVMPENDI.

Ioann. XXVI, 65.

§. 1.

**S**ciffio vestium, quae hic memoratur,  
erat

N) *Consuetudinis Iudaicae.* Iudaei enim  
vestes suas rumpere consueuerunt

NN) *In funere carissimorum.* e. g. Morte Io-  
sephi a Iacobo peracta est *Genes.* XXXVII,  
29. morte filiorum a Iobo. *cap.* 1, 20. Iona-  
thanis a Dauide 2 *Sam.* I, 1. ducis Abneri  
2 *Sam.* III, 31. et quum putaret omnes libe-  
ros esse ab Absolono occisos. 2 *Sam.* XIII, 31.  
Scindebantur vero hoc casu vestimenta ab  
anteriori parte, vel omnes, vel saltem su-  
perior. *Esdra* IX, 4. 2 *Sam.* XV, 19.

BB) *In publicis supplicationibus vel ieiuniis.*  
1 *Reg.* XXI, 27. 2 *Reg.* XXII, 11. 19. *Ier.*  
XXXVI, 29. *Ioel* II, 1. 1 *Reg.* I, 27. Huc  
quoque referri meretur hoc dicendi genus  
quod saepius in s. litteris occurrit, *in sacco*  
*et puluere sedere.* *Genes.* XXXVIII, 14.

BB) *In*

33) *In ingenti infortunio*, quod vel nos, vel nostros tangebatur. Sic fratres Iosephi perpetuam feruitutem veriti vestes dirupisse legimus. *Genes. XLIV, 13.* Quum amici Iobum miserrimum conspicerent, *Iob. II, 12.* quum Mardocheus paratam sibi stragem animadvertisset, *Esther IV, 1.*

77) Tandem *ob blasphemiam auditam* rupta esse a Iudaeis vestimenta legimus. *Num. XIV, 6.* 2 *Reg. XIX, 1.* *Esaias XXXVII, 1.* *Act. XIV, 14.* Quo ritu, ut *Sagittarius* existimat, indicare voluerunt, blasphemum ipsum esse non aliter, quam vestimenta lacerandum.

2) *Consuetudinis Romanae.* Nam romana historia varia nobis repraesentat eorum exempla, qui pudore, seu tristitia commoti vestes suas scindebant. Sic Cicerone in exilium pulso senatus romanus vestimenta lacerasse dicitur. Sic *Paullina* sacerdotum fraude ad impudicam actionem compulsa vestimenta dirupisse fertur. Exstant quoque hoc de ritu diserta profanorum scriptorum testimonia. Testatur *VIRGILII* estatum:

*Tum pius Aeneas humeris abscindere vestem*  
item alibi:

*Demittunt mentes: it scissa veste latinus,*  
*Coniugis attonitus fatis, vrbisque ruina.*

atque



atque SILII ITALICI:

*Hoc tristis lacrymas et funera acerba suorum.*

*Fama tulit: duris quamquam non cedere fuetus.*

*Pulsato lacerat violenter pectore amictus.*


Conferatur IAC. SCHROEDERI *diff. de laceratione vestium Ienae. 1705.* FABER *in semestr. lib. II. cap. X.* et IOANN. KIRCHMANNVS *de funeribus romanorum lib. II. cap. XVII.*

§. 2.

Si igitur pontifex summus vestimenta sua lacerasse dicitur, illum sermone saluatoris, quem blasphemiam esse temere existimabat, maxime fuisse perturbatum intelligi potest. Sed hic quaestio oritur, num sacerdotum principi fuerit licitum, ut vestimenta sua dirumperet. Non simpliciter negari potest haec quaestio. Nam si *Levit. X, 16.* et *XXI, 10.* scissione vestium summus sacerdos prohibetur, per has sacrae vestes intelligi debent, quae in templo fuerant reclusae. Summus igitur pontifex quum sua vestimenta scinderet, mandatum Dei transisse non existimandus est: quod omnes circumstantiae nos edocent, pontificem eo tempore non fuisse

sacris

facris vestibus indutum. Nam vestes pontificiae non sacerdotis curae erant traditae, sed in templo reseruatae, nec vlllo, nisi stato tempore, ex eo sumtae. Accedit, quod nullum inueniatur in annalibus documentum, ex quo posset euinci, summum sacerdotem, si in synedrio praesidis munere fungebatur, sacras vestes gestasse. Quae si reputentur, nihil erit, quod in scissione vestium sacerdoti possit culpae dari. Conferatur BRAVNIVS *de vestitu sacerdotum Ebraeorum lib. II. cap. XXIV.* BYNAEVS *de morte I. C. lib. II. cap. V. p. 308.* DEYLING *in obseruat. s. part. III. pag. 417.*





\* \* \* \* \*

## CAPVT XII.

DE

VARIIS MODIS,  
QVIBVS CHRISTVS  
ILLVSVS EST.*Matth. XXVI. 67.*

§. I.

Quum a patribus Synedrii reus iudicatus  
esset saluator, vario modo eum fuisse  
illulum audimus. I. *Conspuere in faciem  
eius.* Erat haec maxima sane contumelia.  
Hinc si quis inter Iudaeos viduam fratris sine  
liberis defuncti, in vxorem ducere nollet,  
haec *Deut. XXV, 9.* spuere in eius faciem  
iubebatur. Hic mos etiam apud romanos  
aliasque gentes obtinuit. Nam PLVTAR-  
CHVS de *Phocione* ad mortem ducto ita  
scribit: *Σιωπῇ βασιλευσι τῶν ἐχθρῶν τῆς ἐπέ-  
τυσεν εἰς πρόσωπον.* In silentio ambulanti  
quidam inimicorum inspuit in faciem. De  
*Aristide* id recenset SENECA. Ducebatur,  
ait, *Athenis ad supplicium Aristides: cui  
quisquis occurrebat deiiciebat oculos et in-*  
ge-

gemiscebat, non tanquam in hominem iustum, sed tanquam in ipsam iustitiam agimaduerteretur. Inuentus est tamen, qui in faciem eius inspueret. At ille abstersit faciem, et subridens ait, comitanti se magistratui: Admone istum, ne postea tam improbe oscitet. Adnotari meretur, quod religioni olim sit ductum, in templis ac locis sacris despuere. Quid vero ipso saluatore sanctius potest inueniri, quem impurissimis sputis deturpare non veriti sunt impii?

## §. 2.

II. Colaphis et alapis faciem eius percusserunt: ἐκολάφισαν αὐτόν, οἱ δὲ ἐβράπισσαν, Κολάφισεν proprie illum illusionis modum significat, quo quis, manu in pugnum flexa, faciem alicuius caedit. Confirmat hoc TERENCEII testimonium: *Adelph. II, I.*

*Ne mora sit, si innuerim, quin pugnus continuo in mala haereat.*

et. mox

*Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi.*

Si vero ministri verendam saluatoris faciem βραπισμοισιν percussisse feruntur, quaeri potest, quid per βραπίξεν vel βραπισμοι sit intelligendum. Hoc loco βραπίξεν nihil aliud innuere videtur, quam palmis faciem caedere seu alapas cui



cui infringere. Vnde Suidas τὸ βαπίσαι  
vertit per πατάξαι τὴν γνάθον ἀπλή τῇ χειρὶ.  
Confirmat hoc SEDVLII carmen:

*Sacrilegas mouisse manus non denique passim  
Vel colaphis pulsare caput, vel caedere palmis  
Aut spueri in faciem plebs execranda quirit.  
His alapis nobis libertas maxima placuit.*

Posteriori versu SEDVLIVS respexisse vide-  
tur alapas, quae olim seruis infligebantur  
manu mittendis et hoc signo in libertatem  
vindican- dis. Hinc vt nos ad libertatem fi-  
liorum Dei reduceremur, aeternus Dei filius  
alapas perferre non erubuit.

§. 3.

II. *Vultum Christi a pernicioſa hostium  
cohorte velatum esse legimus Luc. XXII, 64.*  
Quamuis, vt s. litterae referunt, hoc mo-  
do muneri saluatoris prophético illudere  
voluerint, nullum tamen est dubium, eos  
hac capitis velatione indicare voluisse, Chri-  
stum post aliquot horarum interuallum gra-  
uissimo supplicio iri traditum. Nam, apud  
Romanos reis capitis damnatis caput velatum  
fuisse, supra iam notauimus. Legatur SA-  
GITTARIVS loco. excit. p. 435. RIT-  
TERSHVSIVS lectionibus sacris lib.

III. cap. X.

E

CAP.

## CAPVT XIII.

DE

PONTIO PILATO  
PROCVRATORE  
ROMANO.*Matth. XXVII, 2.*

§. I.

Quum hoc in loco prima Pilati mentio fiat, non ingratum fore lectoribus existimo, si, quae ad vitam atque officium Pilati spectant, breuissimis exsequar. Homo erat gente Romanus: ceterum iracundus et ancipitis animi, qui rapinas, iniurias, clades, caedes indemnatorum, et saeuissimam crudelitatem exercebat. A Tiberio caesare procurator Iudaeae erat electus. Multi quidem, Pilatum praefidis munere fuisse functum contendunt suamque adferentem nomine, quod ipsi tribuitur, ἡγεμόνος firmari credunt. Verum vox ἡγεμόνων modo latiori, modo strictiori sensu, sumitur. Priori significatu omnes οἱ διὰ βασιλεως πεμπόμενοι a PETRO I. ep. II, 14. ἡγέμονες adpellantur; quo respectu Pilatum quo-



quoque *ἡγέμονα* vocari posse concedimus. Quod si vero accurate res pensitetur, procuratoris nomen Pilato competit. Sic enim a Tacito adpellatur: *Auctor*, inquit *nominis eius Christus, qui Tiberio imperitante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio adfectus erat.* Huc accedit, quod a *Philone Iudaeo ἐπίτροπος* dicatur: qua adpellatione ille innuitur, qui reditus publicos colligit et erogat. Adde *Tertulliani* testimonium, qui Pilatum *in Apologetico* diserte *Syriae procuratorem nominat.*

- a) *Heraldus* Tertullianum comissi erroris arguit, quod Pilatum *Syriae* procuratorem fuisse adfirmet, quum tamen in *Judaea* hoc munere fuerit functus. Sed non potest quisquam sibi persuadere, doctorem illum, romanarum antiquitatum gnarissimum, in hac re definienda vltimum commississe errorem. Vitellius ea tempestate fuit *Syriae* praese, sed Pilatus *ἐπίτροπος*, procurator seu rationalis *Syriae*, quam prouinciam una cum Vitellio administrabat, sed ita, vt in illa non praesidialem potestatem exercere posset. Ex quo adparet Pilatum hoc respectu *Syriae* procuratorem posse adpellari.

6) Multae exstant de morte Pilati fabu-  
 lae. Alii illum martyrii coronam esse  
 adeptum somniant. Alii se ipsum in-  
 terfecisse tradunt. Plurima vero eru-  
 ditorum pars contendit, Pilatum ob  
 factorum, quae patrauerat, foedita-  
 tem a Caligula in exilium pulsum ibi  
 diem suum obiisse. Conf. SPANHE-  
 MIVS *hist. eccles. sec. I. p. 528.* CHRIST.  
 THOMASIVS *de iniusto Pilati iudicio.*





\* \* \* \* \*

## CAPVT XIV.

DE

GENERE MORTIS  
IUDAE PRODITORIS.*Matth. XXVII, 3. Act. I, 18.*

§. I.

**D**uo extant in sacris litteris loca, ubi de morte proditoris agitur. Vnus *Matth. XXVII, 5. Καὶ ἀπελθὼν ἀπήγατο*, alter *Actor. I, 18. Καὶ περὶ τὸν γενόμενος ἐλάκησε μέσος, καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ*. Priorem locum si spectemus, multi inuenti sunt, qui notionem vocis τῷ ἀπόγχεσθαι de moerore animi atque inde consequuta morte accipiebant. *Heinsius*, quem criticorum antesignani sequuntur, Iudam ita fuisse pressum exulceratae conscientiae tormento existimant, vt, solatio frustra a Phariseis expectato, vitae suae pertaesus se dedit praecipitem. Vt vero *Lucas* cum *Matthaeo* facilius concilietur, contendunt, hoc morbi genere quum fauces proditori essent praclusae, spiritus inclusos nullum inuenire potuisse exitum, adeo, vt tandem in unum

quasi collecti cumulum corpus perruperint et sic viscera effluerint. Verum etsi non negauero, verbum ἀπάγγελται de ea colli strangulatione, quae per anginam accidit, generatim posse accipi: tamen ut huic voci suspendii notionem relinquamus, suadet α) primae ecclesiae doctorum sententia Sic enim PRUDENTIVS

*Infamem mercatus agrum de sanguine amici  
Numinis, obliſo luiturus iugera collo*

Item VICTORIVS

— — — tradens dedit oscula signum  
*Perfidus, et iusto confregit guttura nodo.*

Nec non AVGVSTINVS, Iudae, inquit, factum merito detestamur, eumque veritas iudicat, quum se laqueo suspendit. β) τὸ ἀπάγγελται non aliter a veteribus Graecis accipitur. Sic enim IGNATIVS epistola ad Philippenses, Μεταμέλον, αἰτ, ἐμβάλλεται τῷ προδοτῆ καὶ βρόχον αὐτῷ δείκνυσσι, καὶ ἀγγέλλειν διδάσκει. Poenitentiam immisit proditori, et laqueum ille monstravit, et suspendium, quo strangularetur edocuit. γ) Si haec, quam adiuimus, voci significatio tribuitur, optime prolapsi et rupti corporis ratio reddi potest. Nam ita mihi cum Casaubono totius rei gestae ordinem repraesentato:




sento: Iudam primo laqueo finiisse vitam, deinde, quum ad sepulturam detraheretur, vel, quod ita moris esset, decidere passos fuisse cadauer, ferro rupto laqueo, vel casu de manibus lapsum pronum cecidisse et dein insepultum fuisse relictum.

## §. 2.

Dixi, Iudam sepultura esse priuatum. Hoc poenae genus in Iudam vt exerceatur, romanae efflagitabant leges. Nam quamuis mortem accersere, gloriosum ipsis est atque licitum: tamen *αὐτοχειρῶς*, qui ob malorum factorum conscientiam se ipsos vita priuabant, vt insepulti abiicerentur, lege erat sancitum. Hinc SENECA, *facinus indignum*, ait, *si inueniantur manus, quae sepeliant eum, quem occidere suae.* Contra hos inuentum est, vt aliquid post mortem timerent, qui nec mortem timent. Excipiat hunc QVINCTILIANVS; *Insepultus*, ait, *abiiciatur, qui non adprobauerit.* Irascitur ergo lex ei, qui non adprobatis senatui caussis perierit. *Aliquis conscientia turpis alicuius flagitii admissi, priusquam prodatur, mori vult? Dignus est, qui insepultus abiiciatur.* In primis qui

laqueo vitam finierant, sepultura fuisse priuati leguntur. Igitur **SERVIUS** ad *Virgil. XII. Aen. v. 603.* Sciendum est, inquit, quod cautum fuerit in pontificalibus libris, ut, qui laqueo vitam finisset, insepultus abiiceretur. Quae si animo reputentur, non a veritate alienum esse credo, si adsumatur, Iudae, sepulturae honore esse priuatum. Quae ad mortem Iudae pertinent, prolixè satis enarrauerunt, **CASAVBONVS** in *exercitatt. Anti-Baronian.* pag. 527. **ARN-DIVS** in *miscellaneis* s. pag. 106. et **ALII**, quos excitat **WOLFIVS** loco *exc.* pag. 1013.





\*\*\*\*\*

## CAPVT XV.

DE

## GAZOPHYLACIO.

*Matth. XXVII, 6.*

§. I.

**A**ntiquissimis olim temporibus praeceptum dedit Mofi Deus, vt Israelitarum quisque definitam pecuniae partem conferret, quae in vsus tabernaculi cederet. *Exod. XXX, 12-16.* Constituto templo per multos annos exactum est argentum a populo. Verum quum sequenti aetate illud exigere desinerent sacerdotes, factum est, vt ad sarcindum templum pecunia deficeret. Hinc Ioas rex iterum solui voluit. Quam ob causam arcam constituit; in quam singuli, qui templum ingrediebantur, siclum conferre iuebantur. Hanc arcam graeca seu persica adpellatione *Gazophylacium* atque syriaca *Corbanas* vocarunt Iudaei, *2 Paral. XXIII.* Euerso templo simul quoque *Gazophylacium* est euersum. Quum vero iterum exstrueretur, locus amplius ad conferendam pecuniam

E 5

niam


niam est electus, in quo pecunia sacra referuabatur. *Nehem. X.* Hinc notandum est, Gazophylacio non semper arcam indicari pecuniariam, sed totum spatium, in quo tredecim arcae erant constitutae. Eiusmodi arcae *buccinae* vocabantur, quod ad buccinarum modum superne angustae, inferne vero latae erant. Quam ad rem respexit forte Christus, quum *Matth. VI, 2* admoneat, ne publice munera hominibus nuntiarentur. Quodsi igitur Christus hoc vel illud in Gazophylacio dixisse dicitur, atrium feminarum intelligendum est, in quo Gazophylacium erat seruatum. *Iob. VIII, 20. Luc. XXI, 1. Marc. XII, 43.*

## §. 2.

His praemissis, ad explicandum locum superius citatum progredimur, ubi Iudaei triginta argenteos, quos Iudas proiecit, in Gazophylacium se conferre velle negarunt. Nam Deus *Deut. XXIII, 18* id diserte prohibebat et Iudaei suis ipsi institutis arcebantur, ne vllam pecuniam, iniuste partam, Deo offerrent. Quum igitur ipsi triginta illos siclos pretium



tium esse sanguinis putarent, id religionis negotiis non posse inferuire arbitrabantur. Quo vero consilio sceleratum animum prodebant, quum illum innoxium nominarent, cuius proditorem ante emerant. Conferatur LIGHTFOOT *Chorographia Marci cap. III.* PFEIFFERVS *operibus philolog. pag. 479.* TRILLERVS *in notis ad Grotii Christum patientem. pag. 345.*



\* \* \* \* \*

CAPVT XVI.  
DE  
AGRO FIGVLI.

*Matth. XXVII, 7.*

§. I.

**D**iuersa est eruditorum opinio, vnde ager, quem scriptores sacri memorant, *ὁ ἀγρός τοῦ κεραμέως, ager figuli*, adpellatur. Quidam illum a figulo quodam onere paupertatis presso, vt aes alienum solueret, venum fuisse expositum tradunt. Alii vero, quorum sententiam rei conuenientiorem puto, ex eo vocatum esse agrum figuli credunt, quod, quicquid erat argillae aut glabrae, ad opus figlinum vtilis, longa plastice exhaustum fuerat; residuo tantum solo sterili firato glarea, et prorsus ad agriculturam inepto. Omissa autem nominis scrutatione, agrum extra urbem fuisse certum est. Nam id α) ex *Hieronymi* testimonio potest euinci, qui sua aetate hunc locum ad australem plagam montis Sion existisse refert: β) ex institutis Iudaeorum satis superque constat. Nam hi, ne cadauera intra urbium



bium muros sepeliantur, lege caverunt. Hinc iuuenem non tantum Christi, potentia a morte excitatum, extra portam vrbs portatum esse legimus *Luc. VII*, verum etiam sanctos, qui Christo moriente surrexere, in urbem introiisse accepimus. Romanos si spectemus, hos quoque huius moris strenuos fuisse propugnatores inuenimus. Nam haec est tabularum sententia:

*Hominem mortuum in vrbe ne sepelito, nec vrito.*


Nonnunquam vero accidit, vt viri de rep. praeclare meriti intra urbium moenia sepulturam suam inuenerint. Quem honorem etiam Iudaeorum regibus esse exhibitum, f. litterarum paginae edocent. 2. *Reg. XVI*, 20. *XXI*, 18. 26. Conferantur *POSSINVS in spicileg. euang. pag. 23.* *NICOLAI de sepulchris Ebraeorum pag. 178.* *HOTTINGER in cippis Ebraeorum. p, 43.*

§. 2.

Eritus est hic ager *εις ταφὴν τοῖς ξένοις* ad sepulturam peregrinorum. Per *ξένους* *Hilarius* intelligit *ἀλλοφύλους* seu illos, qui *PAVLLO Ephes. II. 12.* *ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας* vocantur. Verum non poterit vllus sibi persuadere, horum curam tetigisse

tigisse ullo modo sacerdotes. Quare aptius rei mihi esse videtur, si cum *Grotio* flatuamus, per *Ξένοις* illos innui, qui, ex longinquis regionibus, religionis ergo Hierosolymam aduenerant ibique diem suum obierant. Nam quum festo paschatos innumera paene hominum multitudo Hierosolymam aduolasset, vix Iudaeorum coemiteria ampla satis erant, vt capere possent mortuorum numerum.

Falluntur, vt hoc quoque attingam, qui agrum hunc ab ipso Iuda fuisse eintum existimant. Quem in errorem inducti esse videntur peruerfa vocis *ἐπιόρατο* *Actor* I, 18 interpretatione, quam per *emere* reddendam esse censuerunt, quum vox graeca potius *rei alicuius possessionem* innuat. SAGITTARIVS loco excit. pag. 463.





\*\*\*\*\*

CAPVT XVII.  
 DE  
 POTESTATE  
 IUDAEORVM TEMPORE  
 PASSIONIS CHRISTI.

*Ioann. XVIII, 31.*

§. I.

**A**d hanc, de potestate Iudaeorum tempore Christi, commentationem occasionem nobis largitur Iudaeorum sententia *Ioann. XVIII, 31: Non licet nobis ullum interficere.* Nam hic commode quaestio potest resolui, num ea aetate Iudaei potestatem habuerint, reos ad capitis supplicium trahendi. Magna eruditorum pars quum hanc quaestionem adfirmet, nulli tamen dubitamus, eorum accedere opinioni, qui meram in sceleratos potestatem Iudaeis eo tempore fuisse ademtam contendunt.

§. 2.

Nostra adsertio 1) ipsa Iudaeorum professione stabilitur. Nam hi, quamuis cum omnibus gentibus de gloria atque principatu

tu pugnarent, sponte tamen profitebantur, quadraginta annis ante vastatum templum ablata fuisse ab ipsis iudicia capitalia. Quae verò summi imperii priuatio si in eo tantum consitisset, vt seditiosos, latrones cet. puniendi ipsis potestas esset adempta, in puniendis vero adulteris aut blasphemis imperium illis fuisset relictum, Iudaeos pro sua, qua agebantur, laudis atque dignitatis cupiditate illud non reticuisse existimamus.

2) Nostra sententia disertis Iuris peritorum edictis corroboratur. *Nam ea, inquit, quae magis imperii sunt, quam iurisdictionis, magistratus municipalis facere non potest.* Iudaeorum verò magistratus quum ad magistratus municipales e Romanorum iure esset referendus, illum mero imperio, quod Iuris periti *ius gladii* vocare adsolent, fuisse destitutum adparet.

3) Papinianus testis est, Romanis receptam fuisse olim consuetudinem, vt nulli magistratui summum imperium competeret, nisi cui lege vel speciali constitutione datum fuerit. Iam vero quum non possit probari, Iudaeis illud ius esse concessum, sane illis contra iuris romani analogiam non esse tribuendum existimo.



## §. 3.

Sed in promptu habent, quod nobis opponant contrariae opinionis propugnatores. I. Suae sententiae fundamentum se inuenisse putant in Pilati ad Iudaeos sermone *Ioann. XVIII, 31, Sumite illum atque cruci adfigite*. Verum, ne parum utilitatis pro re sua e Pilati dicto capiant, summopere vereor. Nam quum Romanorum procurator, saluatoris adspectu flagris atque verberibus misere dilaniati, ad misericordiam commoueretur: vt Iudaei quoque, quum homines essent, ferissima crudelitate retracti, eodem ducerentur adfectu, cupiit. Sed quum magis eos exacerbari et maiori vehementia saluatoris supplicium exigere animaduerneret, hoc illis responsum dedit: *Vos illum sumite, et cruci adfigite: i. e.* Vos, Iudaei, omnia vt ex vestro cedant arbitrio vultis: agite, si hominem supplicio mortis tradendi potestas vobis est, Christum cruci adfigite. Per me vobis liceat. Haec verborum Pilati interpretatio, quam nos suppeditauimus, Iudaeorum responso confirmatur. His enim a Pilato dictis reuerunt: *Lex nobis est, qua moriatur necesse est. Ioann. XIX, 7.* Quem vero sermonem si cum praecedentibus verbis rite contuleris,

F

hic



hic forte eius erit sensus: Ne tibi persuadeas, Pilate, nos invidia aut odio ductos huius viri mortem exigere. Lex nostra, vt ille interficiatur, efflagitat: cui si non fuerimus obsequuti, ingentes nobis impendere poenas scias velimus. Obiiciunt nobis II. *Marci cap. XIV, 44* narrationem, qui *Christum a Iudaeis esse condemnatum ad mortem* refert: ex qua Iudaeorum actione sequi putant, Iudaeorum genti reos condemnandi fuisse potestatem concessam, Pilato vero iudicii executionem traditam. Sed  $\alpha$ ) res est inaudita, magistratui superiori ab inferiori exequendae sententiae curam esse traditam.  $\beta$ ) Haec, quam definire Iudaei, sententia omni valore est destituta, quum ex falsis testimoniis, conspiratione aduersariorum, corruptis testibus, et a magistratu esset dicta, cui sententia, vt vocatur, definitiua nunquam competiisse nouimus. Notatu digna est, quae hunc in locum scripsit GROTIUS, commentio. *Ita, inquit, pronunciare solebant iudices Hebraei, dum capitalia iudicia penes ipsos erant. Ablatis capitalibus iudiciis, quod post confiscatam ab Augusto Iudaeam factum est (nam antea Herodis beneficio manserat aliqua iudiciorum species) quamquam cum effectu sententiam*  
*pro-*



proferre non poterant, veterem tamen formulam retinebant, cuius ea vis erat, ut de quo ita pronunciatum esset, is apud Iudaeos omnes morte dignus i. e. sacer atque intestabilis haberetur, in eum denique nihil esset illicitum. Quo praeiudicio saepe populus concitatus per vim ac tumultum poenas expetiuit, quamquam romanis legibus id facere vetebatur. Pertinebat autem hoc *περὸν μὴ* in Iesum eo, ut scilicet senatores Iudaei possent salva religione Iesum accusare apud profanum iudicem, eius supplicium flagitare, velut qui nulla amplius necessitudine illos attingeret, et omnia hominis Iudaei *περὸν μὴ* amisisset. Sententia igitur Iudaeorum de Iesu morte plectendo non condemnatoria erat aut definitiua, sed ad illa sententiarum genera pertinebat, quae a Iuris peritis *elogia* vocari adsolent. Ex romanorum enim institutis adparet, omne municipalis magistratus circa reos negotium in eo constituisse, ut sceleratos conquirerent, in vincula conicerent, examinarent, conuictos capitis damnarent et cum hoc elogio ad praesidem prouinciae remitterent. Quo facto non ad exequendam sententiam statim progressus est prouinciae procurator, verum iterata examinatione facta vel damnauit reum, vel



absoluit, vel in re dubia iudicium omne suspendit et de ea Caesarem et senatum romanum certiores reddidit. III. Contrariae sententiae adieclae testem et arbitrum prouocant *Tertullum* eiusque sermonem *Actor. XXVI*, 6 ex quo sequi credunt, Iudaeos de capite iudicare fuisse solitos, si procurator Caesaris absens fuisset. Duo sunt praecipue, quae hic velim notentur. Primum, quum *Tertullus* dicit: *cupiebamus Paullum secundum legem nostram iudicare*, non plenam hoc sermone innuit potentiam, qua Iudaei polluerint. Nec ita legitima perficitur consequutio, si dicatur, Iudaeos, quum voluerint reos iudicare aut damnare, vere illos damnasse aut damnare potuisse. Alterum, quod adnotari meretur, illud est. Absentia romani praetoris non facile erat expectanda. Nam apud romanos qui prouinciam regebant, vt nocte vna amplius ex prouincia discederent, lege erat prohibitum. IV. Flagellationes ab Apostolis in Iudaeorum synagogis perlatae *Actor. V*, 40. *XVI*, 22. *2 Corinth. XI*, 24. 25 a multis eum in finem proferuntur, vt Iudaeis tempore Christi merum imperium competiisse, demonstrarent. Nam fustium admonitionem et flagellorum castigationem iis poenis adnumerari aiunt, qui-



quibus praefides afficere quemque poterant. Hoc quamuis lubentes concedamus, nulla tamen ratione sequi exinde arbitramur, si magistratus municipales castigationes suscipiant, illas ipsis esse vi legis seu meri imperii concessas. Tandem V. qui oppositae partis sunt ad *Stephani* exemplum prouocant, quem a Iudaeis fuisse modo tumultuario lapidibus obrutum diuinum oraculum refert. *Actor. VI.* Verum falsos testes instruere v. 11, populum concitare, vt insontes ad tribunalia trahat, v. 12, defensione sufficienti a reo exhibita, dentibus infrendere, vociferari, aures obstruere, reum tum ex vrbe ad supplicium ducere; haec omnia, si rite penitentur, illegitimi imperii esse indicia, et nefandos seditionis et furoris rabiosi effectus, adparebit. Conferantur, qui rem prolixè satis tractarunt, MARCKIUS *in exercit. scriptur.* p. 449. DEYLING *in obseruatt. sacris* part. II. p. 313. ADR. RELANDVS *in antiquitatibus Hebraicis* pag. 239. et CARPZOVIUS *de iure regio Ebraeorum.* pag. 253.





CAPVT XVIII.  
DE  
SILENTIO CHRISTI

*Marci XV, 3. 4. 5.*

§. I.

**P**ilatus, quum silentem Iesum conspiceret, admiratus esse illum dicitur. Nam aliter se gerere consueuisset scelerum accusatos, si coram iudice stabant, experientia, edoctus non ignorabat. Nam ab antiquis iam temporibus recepta erat inter Romanos consuetudo, ut qui in iudicium erant adducti, vel ipsi sese defenderent, vel patronis, et Aduocatis uterentur, qui ipsos a crimine liberarent. Declaratur haec romanorum consuetudo verbis LIVII, qui reum *Scipionem* magno agmine amicorum clientiumque per mediam concionem ad rostra subiisse narrat. Fieri saepius solebat, ut qui lege postulabantur, tribunorum plebis fauorem et magistratum intercessionem ambirent. Testatur hoc de more *Scipionis Africani* exemplum, qui fratris nomine ad collegium tribunorum prouocans petebat, ut virum  
con-



consularem a collegae vi defenderent, Quin eo progrediebatur reorum temeritas, vt augures sibi argento propitios redderent, qui omine infausto praedicto comitia dirimerent. Exstat hac de re luculentum satis testimonium in LIVII *historiarum lib. XL. cap. XLII. De bellae*, narrat, *multa dicta a pontifice, deque ea quum prouocasset, certatum ad populum. Quum plures iam tribus intro vocatae, dicto esse audientem pontifici diumvirum iuberent; multamque remitti, si magistratu se abdicasset; vltimum de coelo, quod comitia turbaret, interuenit.* Longus nimis essem et forte meis lectoribus molestus, si omnes mihi essent recensendae fraudes, quas adhibere solebant, qui in crimen fuerant adducti. Sufficiant pro instituti nostri ratione quae a nobis relata sunt, prauarum, artium exempla.

## §. 2.

Pilatus ergo quum reum cerneret, nullo se modo contra aduersariorum calumnias defendentem, habebat profecto, quur Christi factum, a peruerso romanorum more alienum, admiraretur. Nam sanctissimus saluator quum tantam fore paeideret

hostium pertinaciam, vt nulla moueri possent responsione; quum animum ad subeundam mortem confirmasset: quum hac in re patientiae exemplum suppeditare nobis cuperet: conticuit, et tacitus aduersariorum accusationem pertulit. Neque vero est existimandum, Christum tacendo omnia adprobasse, sed tacendo potius eleuasse calumnias. Non male hanc in rem AMBROSIVS *Accusatur, ait, dominus et tacet. Et bene tacet, qui defensione non indiget. Ambiant defendi, qui timent vinci. Non ergo accusationem tacendo confirmat, sed despicit non refellendo.* Adi, si placet, HEINECCIUM *antiquit. lib. IV. tit. 18.* et MAXIMUM TYRIVM singulari dissertatione hac de re commentantem.





LOGICA  
 TIPATER.

Cypride genu

Iosephum, Pherora

Mathace

Phedica

Elipide

*Herodem*  
*Antipam,*  
 qui pri-  
 mum ux-  
 orem habuit  
 filiam Are-  
 tæ, deinde  
 Herodia-  
 den ux-

*Arc,*  
*lat*  
 q  
 mor  
 Alex  
 di  
 Glap  
 ram  
 rem

*Roxamen,*  
 quæ liberos  
 non habuit.

*Salomen,*  
 quæ nullam  
 prolem re-  
 liquit.



# TABVLA GENEALOGICA HERODVM

## ANTIPATER

cum Cypride genuit

Ad Caput XVIII

Pag. 89.

<i>Phasaelem,</i> ex quo fili- us Phae- lus,	<i>Herodem,</i> qui Magnus cognomina- tus fuit, et procreavit ex	<i>Iosephum,</i>	<i>Pheroram,</i>	<i>Salomen,</i> quæ cum Co- stobaro ge- neravit Bere- nicen & An- tipatrum,
---	---	------------------	------------------	--

Doride Mariamne, Simonis, summi Pontificis, filia,			Mathæe			Cleopatra		Pallade		Phedica	Elipide		
<i>Antipatrum,</i> quæ ex Ma- riamne filia Aristobuli suscepit fili- um, qui uxore duxit filiam Phe- rore.	<i>Herodem,</i> cui ex Hero- diade nata est Salome: He- rodias tamen post maritum lunum, qui e- rat Tetrarchæ Galilee, cum adhuc viveret, deseruit, et cum Herode fratre ejus se commiscuit.	<i>Alexandrum,</i> qui cum Gla- diæ nata est Tygranum, quifine liberis mortuus est, et Alexandrum, qui cum Iotape, filia Antio- chi, regis Co- magenorum, filium Alexan- dri generavit.	<i>Aristobulum,</i> qui natus ha- bit ex	<i>Salam- psonem</i> cujus ma- ritus erat Phasaclus filius Phae- lis, fratris He- rodis M. ex quo pe- perit.	<i>Cypron,</i> quæ ex An- tipatro, fi- lio sororis Salampsonis, peperit filiam Cy- pron, quam uxorem duxit Alexas Selcius, Alexæ filius, qui filiam Cypron ha- bit.	<i>Herodem Antipam,</i> qui pri- mum uxore habuit filiam Are- tæ, deinde Herodiadem, uxorem fratris sui Herodis ex Mariamne.	<i>Arche- laum,</i> qui mortuo Alexandro, Glaphyram uxorem filii adjuvit.	<i>Olympiaden,</i> quæ cum Iosepho generavit Mariam- nem.	<i>Herodem,</i>	<i>Philippum,</i> qui habuit uxorem Sa- lomen, filiam Herodiadis, et filiam liberis mortuus est.	<i>Phasaelem,</i>	<i>Roxamen,</i> quæ liberos non habuit.	<i>Salomen,</i> quæ nullam prolem reliquit.

Berenice Salome, uxore Philippi			Antipatrum			Herodem		Alexandrum		Cypron	
<i>Herodiadem,</i> uxorem duorum Herodum fratrum	<i>Mariam- nem,</i> uxorem Antipat- ri, filii Herodis M.	<i>Agrippam,</i> senio- rem di- scipulum, qui uxorem habuit Cypron, filiam Sa- lampsonis cum qua procreavit	<i>Aristobulum,</i> qui ex Iotape genuit filium Iotape.	<i>Antipatrum,</i>	<i>Herodem,</i> qui sine na- tis obiit.	<i>Alexandrum,</i> quæ maritum habuit Timi- um, nobilem Cypridem, ac sine natis mortua est.	<i>Alexandrum,</i> quæ maritum habuit Timi- um, nobilem Cypridem, ac sine natis mortua est.	<i>Cypron,</i> quæ ex Agrippa filio Aristobuli peperit.			
<i>Berenice,</i> cujus ma- ritus Herodis frater Agrippæ senioris.	<i>Mariam- nem,</i> cujus ma- ritus Epi- phanes, Antiochi, regis Co- magenorum, filius.	<i>Drusilam,</i> quæ iuncta fuit In- lio Archelao, Chelcie filio.	<i>Agrippam,</i> junio- rem nominatum qui post mortem Herodis, filii Aristobuli, filius Herodis M. regnum Chal- cidis accepit.	<i>Drusum,</i> qui ante vilem ætatem obiit.							



TABELLA CLINICOLOGICA HERODVM

ANALYSIS

CHM. CLINICOLOGICA

Page 8

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	31	32	33	34	35	36	37	38	39	40	41	42	43	44	45	46	47	48	49	50	51	52	53	54	55	56	57	58	59	60	61	62	63	64	65	66	67	68	69	70	71	72	73	74	75	76	77	78	79	80	81	82	83	84	85	86	87	88	89	90	91	92	93	94	95	96	97	98	99	100
---	---	---	---	---	---	---	---	---	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	-----

Page 9

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	31	32	33	34	35	36	37	38	39	40	41	42	43	44	45	46	47	48	49	50	51	52	53	54	55	56	57	58	59	60	61	62	63	64	65	66	67	68	69	70	71	72	73	74	75	76	77	78	79	80	81	82	83	84	85	86	87	88	89	90	91	92	93	94	95	96	97	98	99	100
---	---	---	---	---	---	---	---	---	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	-----

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	31	32	33	34	35	36	37	38	39	40	41	42	43	44	45	46	47	48	49	50	51	52	53	54	55	56	57	58	59	60	61	62	63	64	65	66	67	68	69	70	71	72	73	74	75	76	77	78	79	80	81	82	83	84	85	86	87	88	89	90	91	92	93	94	95	96	97	98	99	100
---	---	---	---	---	---	---	---	---	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	-----

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	31	32	33	34	35	36	37	38	39	40	41	42	43	44	45	46	47	48	49	50	51	52	53	54	55	56	57	58	59	60	61	62	63	64	65	66	67	68	69	70	71	72	73	74	75	76	77	78	79	80	81	82	83	84	85	86	87	88	89	90	91	92	93	94	95	96	97	98	99	100
---	---	---	---	---	---	---	---	---	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	-----







\*\*\*\*\*

## CAPVT XVIII.

DE

## HERODVM GENTE.

*Luc. XXIII, 6.*

§. I.

**H**erodes, quem **LUCAS** in nostro effato meminit, is est ex Herodum gente, qui *Antipas* vocatur. Difficilis sanè est explicatu Herodum historia et genealogia. Hinc ad illam feliciter pernoscendam potiores Herodum familias, *Fl. Iosephi* ductu, in tabulae formam redigam, **TRIBELIVM** sequuturus, qui *in singulari dissertatione Ienae habita 1715* hac de re est commentatus. Ceterum conferri merentur **NOLDIVS** *hist. Idumaea* **RELANDVS** *palaestina sacra* pag. 173. **DEYLINGIVS** *obseruatt. s.* part. I. pag. 323.





CAPVT XX.

DE

CANDIDA CHRISTI  
VESTE.

Luc. XXIII, II.

§. I.

**A**d exprimendum vestimenti colorem, quo saluator fuit amictus, vox λαμπρά a Luca adhibetur, quae communi vsu de illis rebus vsurpatur, quas candidas vocare solemus. Nam vestium candidarum vsus vario tempore diuerso modo obtinuit.

§. 2.

I. Reges candidas vestes gestare consueuisse, innumeris paene exemplis et testimoniis potest comprobari. De Aegyptiis e relatione Mosis adparet, *Genes. XLI*, 42. quum Iosephum stola candida fuisse a Pharaone indutum referat. Reges quoque romanorum, quamuis trabeas gererent purpureas; candido tamen amictu saepius splendebant, atque candida fascia tam romanis, quam exteris gentibus pro diademate regio existimabatur



batur. Hinc *Pompejus magnus* non leuem de affectato regno hominibus iniecit suspensionem, quum cretatas fascias gereret. Iudaeorum regibus candidas vestes in deliciis fuisse, multi contendunt, verbis saluatoris adducti *Matth. VI, 28* quum vestitum Salomonis cum liliis agri comparat. Quae omnia si ad nostrum locum adplicantur, officium Christi regium hoc vestimenti genere fuisse illustum constat.

## §. 3.

II. Christum ornatum hoc vestimento ratione sacerdotalis officii etiam fuisse elusum credo. Nam sacerdotalem vestitum hoc in primis colore illustrem fuisse nouimus. Nec enim alio in habitu gentium profanarum sacerdotes deprehenduntur. Hinc *SILIVS ITALICVS*

— — — *stat veste sacerdos  
effulgens niuea.*

et *APVLEIVS* *Influunt, ait, turbae sacris diuinis initiatae viri feminaeque omnis dignitatis et omnis aetatis linteae vestis candore puro luminosi.*

## §. 4.

III. Christus, quum candida veste indueretur, ob miseram quoque vitae conditionem



nem ludibrio est habitus. Nam vestes candidae et romanis et aliis gentibus laetitiaerant documenta. Hinc HORATIVVS

*Ille repotia, natales, aliosque dierum*

*Flos albatuſ celebret:*

et OVIDIVS de die vxoris natali ſic canit:

*Quaeque ſemel toto veſtis mihi ſumitur anno*

*Sumatur fatiſ diſcolor alba meiſ*

Contra ea, veſtes ſordidae et atrae, aduerſae fortunae erant indiceſ. *Pſ. XXXV, 13. 14. Thren. II, 10.* Hinc, qui defunctum lugebant, a candidarum veſtium uſu abhorrebant. Teſtiſ eſt VALERIVS MAXIMVſ. *Poſt Cannenſem cladem, ait, ſenatuſ decreuit, ne matronae ultra trigefimum diem luctuſ ſuoſ extenderent.* Itaque matreſ et filiae coniugeſque et ſoroꛛeſ nuper interfectoꛛum abſterſiſ lacrymiſ depoſitiſque doloriſ inſignibuſ candidam induere veſtem et aris thura dare coactae ſunt. Ut vero magiſ ad propoſituſ accedamuſ, notatu eſt digniſſimuſ, homineſ, quorum nomen inter reoſ receptuſ erat, veſteſ mutaeſ et poſita toga alba atram et ſordidam veſtem ſumiſſe. Quum igitur Herodeſ Chriſtuſ, qui inter reoſ ab eo referebatur, veſte candida amicienduſ iuberet, nemo erit, qui neget, hoc modo aduerſarioſ Chriſti calamitati inſultaſſe.



## §. 5.

Sunt multi, qui candida veste summam Christi sanctitatem esse indicatam credunt. Nec reiicienda est plane haec opinio. Quum enim apud Iudaeos color albus absolutionis fuerit signum, Herodes sponte significauit, Christum absoluendum potius esse, quam capitali supplicio adficiendum. Dixi album colorem innocentiae et sanctitatis fuisse indicem. Hinc angelos s. ἐν λευκοῖς καὶ ἐσθῆτι λαμπρῶ ἡμῖν hominibus adparuisse legimus. *Matth. XXVIII, 3. Marc. XVI, 5. Ioann. XX, 12. Actor. I, 10. X, 30.* Huc quoque spectauit ecclesiae primae consuetudo, ut recens baptizati albis induerentur vestibus: de quibus ita LACTANTIVS:

*Rex sacer ecce tui radiat pars magna trophaei,  
cum puras animas sacra lauacra beant.*

*Candidus egreditur nitidis exercitus undis,  
atque vetus vitium purgat in anne nouo.*

*Fulgentes animas vestis quoque candida signat,  
et grege de niueo gaudia pastor habet.*

Conferantur SAGITTARIUS loco saepius excit. Part. II. pag. 540. FERRARIUS de re vestiaria lib. I. cap. XXI. CASAVBONVS ad annal. Baronii exercit. XVI. pag. 531. GERHARDVS in harmonia Euang.

P. 1882.

CAP.



\* \* \* \* \*

CAPVT XXI.  
 DE  
 CONSVETVDINE  
 DIMITTENDI CAPTIVVM  
 FESTO PASCHATOS.

*Matth. XXVII, 15.*

§. 1.

**D**uo sunt, quæ in hoc capite curatori digna esse videntur scrutatione. Vnum, vnde originem suam ducat haec consuetudo, alterum vero, vt perquiramus, quo tempore quibusue festis hic mos fuerit Iudæis obseruatus.

§. 2.

Primum quod attinet, mirum est, quantum de vera huius consuetudinis origine inter se certare solent antiquitatum gnari. Multi hanc dimissionem captiui in memoriam seruitutis in Aegypto perlatae fuisse exercitam contendunt. Verum typus et anti-  
 typus male inter se cohaerere mihi videntur.

Nam



Nam  $\alpha$ ) quum in Aegypto seruitutem sustinerent Israelitae, non ad vincula vel supplicia, sed ad labores tantum grauiores subeundos condemnabantur.  $\beta$ ) Ab hac seruitute vno eodemque tempore liberati sunt omnes omnino Iudaei.  $\gamma$ ) Deus in memoriam huius liberationis festum paschatos instituit. *Grotius* consuetudinis, de qua nobis sermo est, originem in *lectisterniis romanorum* inuenisse credit. Nam *Liuius*, quum festi huius solemnitatem describit: *vinc̄tis*, ait, *demta in eos dies vincula, religioni deinde fuisse, quibus eam opem Dii tulissent, vinciri.* At a *lectisterniis Romanis* consuetudinis iudaicae originem peti posse, veri non est simile. Nam 1) in *lectisternii romani* saceris omnibus victis libertas est concessa, apud Iudaeos unus tantum hoc beneficio fruebatur. 2) *Pilatus* non Romanis sed Iudaeis consuetudinem tribuit: *Vobis*, ait, *mos est.* 3) quum maiorem in modum romanorum religionem auersarentur Iudaei, falso peti huius consuetudinis originem a *lectisterniis romanorum*, adparet. *Spencerus* a *Grotii* sententia discedit, et Iudaeos a Graecis hunc morem accepisse contendit. Nam singulis annis a Graecis in *Cereri* honorem festum fuisse actum



actum, quod *δεσμοφεία* adpellabant, inter omnes constat. Hac in solemnitate omnes vt vinculis soluantur, lege erat constitutum: *ἐν τοῖς δεσμοφείοις λέγειται τοὺς δεσμώτας*. Verum si Graecos imitati fuissent Iudaei, non Barrabam dimittere potuissent, quum ad latrones ille pertineret, qui ex Graecorum legibus vinculis non erant eximendi. Accedit, huic opinioni omnia obuerti posse, quae Grotii sententiae opposuimus. Quae quum ita se habeant, vero esse simillimum credo, vt accipiamus, hunc morem in paschalis beneficii memoriam adsumtum esse Iudaeis, vt hoc ritu caedem primogenitorum ab angelo factam, et liberationem a Deo praestitam indicarent. Ad haec, quum festo paschatos aduenis et peregrinis beneficia exhibere iuberentur, *Exod. XII, 17* hoc humanitatis genus etiam ad illos extendi debere, qui vinculis essent inclusi, existimarunt. Mos iste antiquis iam temporibus a Iudaeis obseruatus, nec eo tempore iis ademptus est, quum in romanorum potestatem essent redacti. Nam *Romani*, vt ORIGINES ait, *quasdam gratias praestant eis, quos sibi subiiciunt, donec confirmetur super eos iugum.*



§. 3. Secundo nobis disquirendum incumbit, quibus potissimum festis haec consuetudo a Iudaeis fuerit obseruata. Sunt, qui existimant, solemnem hanc liberationem omnibus festis maioribus locum habuisse. Ad stabiliendam suam sententiam verba MATTHAEI XXVII, 15 adferunt, quum scriptor sanctus *κατὰ ἑορτήν* captiui liberationem factam esse adierit, quae vox ipsis *singula festa* indicare videtur. Verum 1) quamuis largiamur, vocem *κατὰ*, si nomini adiungitur, hanc admittere significationem, locus tamen parallelus *Ioann. XVIII, 39* impedit, quo minus particulae *κατὰ* vim suam distribuendi tribuamus. Nam Pilatus loco excitato, *ἔτι δὲ συνήθετα ὑμῖν*, inquit *ἴνα ἕνα ὑμῖν ἀπολύσω ἐν τῷ πάσχα*. *Est vobis consuetudo, vt vnum vobis in pascha dimittam.* 2) Vox *ἑορτή* saepius *κατ' ἑξοχὴν* pro festo paschatos in libris N. F. ponitur. v. 9. *Matth. XXVI, 5. Marc. XIV, 2. Luc. II, 42. Ioann. IV, 45.* 3) Christianorum primis temporibus consuetudo, de liberatione captiuorum festo paschatos peracta conuincere nos videtur. Nam ob diem paschatos, quem intimo corde celebrare solebant,

lebant, omnibus, quos carcer includebat, claustra esse dissoluta legimus. Nec vero omnibus promiscue captiuis hæc obtigit fortuna; nam sacrilegi, maiestatis rei, sepulcrorum violatores, adulteri, raptores et homicidæ exempti erant a liberatione. *Conferantur* SPENCERVS de *legibus Hebraeor. ritual. lib. IV. pag. 7.* MEVRSIVS in *Graecia feriata lib. IV. pag. 164.* CAVEVS in *christianismo primitiuo pag. 183.* CORNELI ADAMI in *obseruatt. s. p. 185.*





\*\*\*\*\*

CAPVT XXII.  
DE  
FLAGELLATIONE  
CHRISTI.

*Matth. XXVII, 26.*

§. I.

I. **A**nte omnia inquisitione curata digna nobis esse videtur quaestio, vtrum saluator noster more romanorum, an iudaeorum, fuerit flagellis caesus. Multa possunt in vtramque partem disputari. Ne vero iusto longior fiat nostra oratio, ad vnam summam omnia redigemus. Nobis flagellatio Christi romano more peracta esse videtur. Nam id  $\alpha$ ) vocabulo *φραγελλῶν*, quo MATTHAEVS vtitur, innuitur, quod origine latinum est et a romanorum *flagello* descendit. Hac vero voce illud flagellationis genus indicatur, quod loris peragebatur.  $\beta$ ) ex eo nostra adfertio probari potest, quod iudaei hominem flagellis caesum non supplicio mortis adfecerint, quod romano more Christo ac-

G 2

cidisse

cidisse nouimus. γ) Flagellatio romanis poena erat seruilis omniumque grauissima. Hinc coniectura facilis est, Christum, quum in infimnum serui statum descenderit, hoc etiam poenae genus pertulisse.

α) *Flagellum* a latinorum verbo *flagro* vel *ardeo* deriuandum esse videtur. Vocis huius deductio variis profanorum scriptorum testimoniis confirmatur. Nam CATULLVS *carm.* XXV.

*Iniusta turpiter tibi flagella conscribissent*

et HORATIVVS *epod. ode IV.*

*Ibericis peruste funibus latus.*

Alii flagellorum nomen a *flatu* arcessunt, quod *flagra* cum flatu et strepitu in corpore sonent.

β) A flagellatione *sustigatio*, quae fustibus vel bacillis peragebatur, bene distinguenda est, de qua PLAVTVS loquitur:

— — *Vos monumentis commonesfaciam lignis.*

Hoc enim poenae genere illi quoque afficiebantur, qui a flagellatione exempti erant, homines liberi et ingenui.

γ) Multi sunt, qui Christum more romano flagellis fuisse castigatum negant, quod homo fuerit non seruus, sed liber atque ingenuus



nius. Verum complures sunt in ea opinione, ac si Pilatus romanorum consuetudinem obseruarit, qui crucis candidatum flagellis caedere conueuerunt. IOSEPHVS enim Florum, praesidem, nobiles quosdam Iudaeos verberibus laniatos in crucem sustulisse refert. In primis notatu dignissimum est Antigoni, Iudaeorum regis, exemplum, qui ab Antonio quum flagris fuisset castigatus, deinde iugulatus fuisse fertur. Quae quum ita sese habeant, satis superque adparet, nec ab romanorum more abhorruisse liberorum hominum flagellationem.

## §. 2.

II. Instrumenta, quae in atroci illa castigatione adhibita sunt, et *flagellorum* nomen accepere, ex funibus vel loris coriaceis contexta erant. Hinc Christum, quum numularios e templo eiiceret, flagello vsum fuisse, vel funiculo, ex iuncis plexo, scriptores sacri referunt. *Ioann. II, 15.* Eleganter igitur PRUDENTIVS flagella *lorea flagra* adpellauit:

*Inde catenarum tractus, hinc lorea flagra*

*Stridere, virgarum concrepitare fragor.*

Romani, gens iracundum atque atrox, flagellis quandoque taxillos et vncinulos inne-

ctebant. Planum est hac de re APVLEII  
 effatum, *Accepto flagro, inquit, quod se-*  
*miuiris illis proprium gestamen, contortis*  
*taeniis lanosi velleris prolixè fimbriatum, et*  
*multiugis talis ouium tessellatum, sese multi-*  
*modis cumulat ictibus.* Adde LVCIANI testi-  
 monium: γυμνὸν ἤδη προσδέουσι με δένδρῳ μεγάλῳ,  
 εἶτα ἐκείνῃ τῇ ἐν τῶν ἀστραγάλων μάστιγι παίοντες.  
*Me nudum arbori proceræ adligant, scutica*  
*in illa e taxillis connexa deinde ferientes.*  
 Ad hæc flagellationis instrumenta referenda  
 esse credo עקביות scorpiones, quorum  
 I Reg. XII, II mentio iniicitur. Quæ ve-  
 ro flagellorum genera an Christus etiam su-  
 stinuerit, dictu est difficile, quum omnes  
 historiae sacrae scriptores nullam huius rei  
 mentionem faciant.

## §. 3.

III. Hoc etiam dignum est, vt adnote-  
 tur, quod Romanis flagellatio poena fuerit  
 feruilis, nec ordinario modo ad illos perti-  
 nuerit, qui liberis parentibus erant procreati.  
 Antiquissimis quidem temporibus hoc poe-  
 nae genus ciuibus aequè romanis, ac fer-  
 uis commune erat. Aptum est nostro ar-  
 gumento SALLVSTII testimonium: *Ma-*  
*iores nostri, inquit, Graeciae morem imi-*  
*tati*



zari, verberibus animaduvertebant in ciues, de condemnatis vltimum supplicium sumebant. Nemini itaque mirum videatur velim, si filium Bruti publica concione virgis caesum, si omnes Tarquinienfes medio in foro virgis castigatos et securi percussos cognouerit. Sequenti vero aetate Valeriae, Porciae, Semproniaeque legis edicto omnes a haec feruili castigatione exempti erant, qui in ciuium numero fuerant. Quod si igitur forte accidisset, vt romanus ciuis flagellatione esset adficiendus, ille rem totam ad comitia populi centuriata deferebat et ab iis expetebat liberationem. Hinc crebri sunt eorum sermones, qui ad feruilia supplicia trahuntur: *prouoco: ciuis romanus sum: ad populum prouoco: tribunos plebis adpello et prouoco.* Hoc iure *Paullus* utebatur, quum iam in eo esset, vt flagris caederetur. Nam centurioni adclamasse fertur: *εἰ ἀνθρώπων Ρωμαίων καὶ ἀκατάκλιτον ἔξῃσιν ὑμῖν μασίξεν; Licetne vobis, romanum et indemnatum flagellare?* Verum non omni tempore haec romanorum iura stricte satis fuisse obseruata, ingenti exemplorum cumulo potest corroborari. Nam documento esse potest *Catilinae*, *Verris* aliorumque facinus, quod *CICERO* et *SALLVSTIVS* perstringere solent. Ille



quidem de Verre, Ceruices, ait, in carcere frangebantur indignissime ciuium romanorum. Hucine tandem omnia reciderunt, ut ciuis romanus in prouincia populi romani ab eo, qui beneficia populi Rom. fasces et securas haberet, deligatus in foro virgis caederetur. Quae quum ita sint, gravis et contumeliosa fuit castigatio, quae Christo, homini libero, ingenuo, innocentissimo obtigit.

§. 4.

III. Iam operae pretium esse videtur, ut ritus persequamur, qui in flagellatione obseruabantur. 1) Qui flagellis erant caedendi vestibus despoliabantur, quod anti-qua romanorum formula exigit: *Summoue, licfor, summoue: despolia: animaduerte.* Ad hoc negotium lictores erant delecti, qui, quum omnia sine mora agenda essent, lacere plerumque solebant sceleratorum vestimenta. Illustris est hac de re DIONYSII HALICARNASSENSIS locus lib. IX. pag. 596. Τοῖς ῥαῖβδοις ἐκέλευσαν τὴν ἐδῆτά τε περιπατᾶν ἕξαι, καὶ τοῖς ῥαῖβοις τὸ σῶμα ζαῖ-ven. Mandarunt licforibus, ut vestem dilacerarent, corpusque virgis percuterent. Ad-dimus SENECAE effatum, *Quid, ait, si ille vidisset desilientem, de tribunali procon-*  
*su-*



*sulem, et fasces licitori auferentem, et sua vestimenta scindentem, quia tardius scindebanturaliena? E sacris monumentis Pauli et Silae exemplum adducere liceat. Actor. XVI, 22. καὶ οἱ στρατηγοὶ παρεβήζαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια ἐκέλευον βασίλειον. Praefecti dirumpentes eorum vestes, iusserunt virgis caedi. Christum igitur quum romano more flagellatum fuisse confiet, quin nudo corpori inflicta sint verbera, non est dubium, quamuis apud Iudaeos, qui flagris percutiebantur, non omnibus spoliarentur vestimentis. Serui flagrorum verberatione caedendi apud romanos palo vel columnae adligabantur. Duo potissimum hoc de ritu notanda sunt effata. Vnum PLAVTI *bacchid. act. IV.**

*Abducite hunc intro, atque adstringite ad columnam fortiter.*

Alterum GELLII *lib. X. cap. III. palus in foro destitutus est, vestimenta detracta sunt, virgis caesus est.* Hinc communis est omnium sententia, Christum etiam, quum flagris percuteretur, columnae fuisse adligatum. Testis est PRUDENTIVS

*Vinctus in his Dominus stetit aedibus, atque  
columnae*

*Adnexum tergum dedit, ut seruire flagellis.*

*Perstat adhuc, templumque gerit veneranda  
columna,*

*Nosque docet cunctis immune viuere flagris.*

Prius quod attinet, libenter concedimus, Christum flagellationi traditum columnae fuisse adligatum: hoc vero nobis dubium est, an illa columna hodie superstes esse possit. Qua in re quamuis iudicium ferre nostrum dubitemus, hoc tamen pro falso accipiendum esse credo, Christum, quae quorundam est opinio, in terra prostratum flagellationem sustinuisse. Nam hunc corporis situm, quamuis Iudaeorum consuetudini esset adcommodatus, *Deuteron. XXV, 2*, a romanorum tamen ritu abhorruisse ex iis adparet, quae superius a nobis adlata sunt. Flagellationem a viris octo, qui *Brutii* seu *Brutiani* appellabantur, peractum esse, profanorum scriptorum monumenta comprobant. Colligi hoc inter cetera potest e *PLAVTO Amphitr. act. I. sc. 1.*

*Ita*



*Ita quasi incudem me miserum homines octo  
validi caedant.*


et alibi:

*Vbi saepe ad languorem tua duritia dederis  
octo*

*Validos licitoris olmeis affectos lentis virgis.*

4) Si plagarum numerum forte respicias, nihil certi potest definiri. Nam pro sceleris magnitudine atque grauitate plagarum numerus a magistratu definiebatur. Id tamen sole clarius est, Romanos, si hoc poenae genus seruis infligebatur, infanda feritate atque inhumana atrocitate seuiſſe, adeo vt corpus misere dilaceraretur, atque, qui supplicium subibant, saepius exspirarent. Auctor huius rei est EUSEBIUS, *obstupescabant, inquit, omnes, qui aderant, quum illos viderent partim flagris ad intimas vsque venas et arterias dilaniatos: adeo, vt corporis membra penitus recondita, et viscera ipsa conspectui paterent.* Ceterum superflua et intempestiua mihi videtur eorum curiositas, qui, quot plagae saluatori fuerint inflictae, disquirere, quin definire solent:

solent. Sufficiat nobis, Christum pro  
 ingenti criminum nostrorum multitudine  
 innumeras flagellorum plagas pertulisse.  
 Adderemus nonnulla, quae in hoc ca-  
 pite ab aliis dicta sunt, nisi ea, quae ex  
 antiquitatibus romanis in nostrum vsum  
 conuerti possunt, sufficere credam ad  
 illustrandam Christi flagellationem. Le-  
 ctiores, quos plura legere iuuat, ad SA-  
 GITTARII *saepius excitatum librum*  
 pag. 575. ad LIPSII *librum de cruce et*  
 ad IO. CHRIST. WOLFIVM delega-  
 mus, qui reliquos auctores  
 memorat.





\* \* \* \* \*

## CAPVT XXIII.

DE  
VESTE CHRISTI  
PURPUREA.*Matth. XXVII, 28. 29.*

§. I.

**V**t ordine iusto progrediamur, duo potissimum sunt, quae curatius euoluenda nobis videntur: vnum, ad quod vestimenti genus pertineat illa Christi vestis, quam *χλαμίδα* adpellat MATTHAEVS, *ιμάτιον* vocat IOANNES *cap. XIX, 2* alterum, qualis huius vestimenti fuerit color, quem *coccineum* fuisse MATTHAEVS narrat, qui vero *purpureus* MARCO et IOANNI dicitur.

§. 2.

Atque vt a vestimenti genere definiendo exordiamur, *ιμάτιον*, si proprius huius vocis spectatur significatus, vestem denotare solet, quae tunicae superinduitur. Tamen si latiori sensu sumitur *ιμάτιον*, nonnunquam pro qualibet veste accipitur, siue

toga



*toga* fit, siue *pallium*, siue *quoduis vestimentum exterius*. Consentit sacrorum scriptorum vsus. Nam hoc sensu vox *ἱματίου* a LVCA cap. V, 36. coll. Matth. IX, 16. MARCI II, 21 vsurpatur: οὐδεὶς, αἶτ, ἐπιβλημα ἱματίου καινοῦ ἐπιβάλλει ἐπὶ ἱματίον παλαιόν. *Nemo panniculum noui vestimenti in vestem veterem immittit*. Curatius, quale fuerit vestimenti genus, quo Iesus indutus est, exponit MATTHAEVS, quum illud *χλαμίδα* fuisse diserte adferat. *Chlamys*, vox graecae originis, quoduis vestimentum exterius indicare solet. Et si profanos auctores consulas, tum *chlamydis ephebicae*, tum muliebris, tum virilis et militaris mentionem fieri intelliges. De *chlamyde epheborum* PLVTARCHVS testatur, quum ephobos Antiochensum in *chlamydibus* Demetrio obuiam processisse referat. *Muliebris chlamydis* MARO meminit:

*Tandem progreditur magna stipante caterua  
Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.*

In primis vero *chlamys* vestis erat, *militibus* propria, et apud Graecos antiquo more recepta. Hinc PLAVTVS *rudent. II. 2.*

— — — *Ecquem adolescentem huc  
dum hic adstatis, strenua facie, rubicundum,  
fortem, qui tres*

*duceret clamydatos cum machaeris, vidistis venire.*

et



et VIRGILIUS

— — — ipse agmine Pallas  
in medio chlamyde, et pictus conspectus in armis.

Quin et apud romanos non incognitum plane fuisse chlamydis vsum, verum non tantum a militibus, sed imperatoribus etiam adhibitum, ex Claudii exemplo adparet, qui chlamyde indutus munus gladiatorium in castris dedisse DIONI dicitur. Ex his, quae dixi, colligi posse autumo, τὸ ἰματίον χλαμυδι non repugnare, sed potius sub voce ἰματίου chlamydem comprehendi.

§. 3.  
Ingens mouetur ab eruditis de chlamydis Christi colore controuersia, qui MATTHAEO coccineus, MARCO et IOANNI purpureus dicitur. Haec adparens contradictio iam a primis ecclesiae patribus obseruata est. Quae vt tolleretur, suspicatus est AMBROSIVS, diuerfas fuisse vestes, quarum vna coccineo, altera purpureo fuerit colore. Sed non est, quod ad hoc confugiamus auxilium; facili modo conciliari possunt sacri scriptores. Nam accidisse existimo, vt chlamys, quum sua se nouitate commendaret, rubro candidoque colore fuerit, eoque coccino simili; deinde vero, quum



quum antiquitate paene esset consumpta, purpureum colorem fuerit mentita. Ruffeus igitur, hoc est subrufus chlamydi huic militari color erat, quales tunicae singulis fere annis dari solebant militibus. Colligi id potest ex MARTIALI, qui hunc colorem gratum fuisse militibus tradit:

*Roma magis fuscis vestitur, Gallia rufis  
et placet hic pueris militibusque color.*

Quae quum ita sint, Christi chlamydem nequaquam pretioso conchylii iucco imbutam, sed simpliciter rufam fuisse et purpureo colori similem contendimus. Ceterum nostro argumento adprime adcommodatum esse credo, ut pensitetur, purpurae ac rufarum vestium usum apud romanos regibus, consulibus, Imperatoribus et triumphatoribus concessum fuisse, reliquis vero fuisse illicitum. De romanorum regum purpura ISIDORVS, *Trabea*, ait, *erat togae species ex purpura et cocco, qua operati romanorum reges initio procedebant. Hanc primum Romulus adinuenisse perhibetur ad discrimen regii habitus.* Quin etiam romani consules atque praetores purpurati incedere consueverunt, quae consuetudo etiam sub imperatoribus retenta est. Nam consulibus, quum nominati essent consules, purpuram fuisse




fuisse ab imperatoribus missam, AVSONIVS suo ipse exemplo testatur. *Eidyll. VIII.*

*Ecce ubi se cumulat mea purpura (mitibus audi Auribus hoc Nemesis) post me dignatur oriri Augustus consul.*

De purpureo triumphantium habitu FLACCVS loquitur, *Picta toga*, inquit, *quae nunc dicitur purpurea, ante vocitata est, eaque erat sine pictura: cuius rei argumento est in aede Vertumni et Consis, quarum in altera M. Fulvius Flaccus, in altera L. Papyrius Cursor triumphantibus ita picti sunt.* Tandem Imperatores romanos purpura fuisse conspicuos e romanae historiae annalibus satis superque constat; adeo, ut vix operae pretium esse videatur, ut huius rei corroborandae causa exempla veterum et testimonia adducam. Quae vero si rite pensantur, Christum hoc vestimenti genere indigne ludibrio habitum esse adparebit. Verum ut Deus sapienti consilio permisit, ut *Bileam* et *Caiphas* vaticinarentur: sic purpurea veste, qua pessima mente induerant Christum aduersarii, significauit Deus, saluatorem esse re ipsa regem, qui suo sanguine mortales redimeret et aeter-

no sceptro regeret. Nam si V. F. respicias, purpuram, rufumque colorem insignem fuisse Christi typum inuenies. Reflectas velim ad *Exod. XXV, 4. 5. Leuet IV, 13.* Copiosius hac de re disputarunt FERRARIUS *de re vestiaria part. II. Lib. III. cap. VIII.* SAGITTARIUS *dissert. de purpurea Christi veste. Ienae 1663.* DOUGTAEVS *in analectis N. T. pag. 56.* et TRILLERVS *in notis ad Grotii Christum patientem. pag. 354.*





\* \* \* \* \*

## CAPVT XXIV.

DE

CORONA CHRISTI  
SPINEA.*Matth. XXVII, 29.*

§. 1.

**N**ouum nunc sequitur ludibrii genus, quod saluatori sanctissimo per impium militum scelus accidisse scriptores sacri referunt. *Καὶ πλέξαντες σέφανον ἐξ αἰκανθῶν ἐπέθηκαν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Et coronam e spinis contextam imposuerunt eius capiti.* Iam et quae fuerit corona e spinis contexta, et quod militum in hoc facinore consilium, curatius a nobis perpendi meretur.

§. 2.

Innumerae moueri solent ab eruditis quaestiones, ex quam materia composita fuerit corona saluatori imposita. Quas si omnes recensendi animus esset paginae profecto deficerent, maioris momenti rebus consecratae. Magna eorum pars, qui antiquitatibus sacris operam impendere solent,

H 2

coro-



coronam Christi ex *iunco marino*, quem  
 Graeci *ὀξύχωνος* adpellant, contextam fuisse  
 tradunt. Verum quamuis haec sententia  
 primo adspectu multum prae se ferat verita-  
 tis, sunt tamen rationes sufficientes, quae  
 illam nec temere esse accipiendam suadent.  
 Nam α) quamuis *ὀξύχωνος* in acumen desi-  
 nat, tamen ipsa cuspis, quae ex acuminato  
 folio emergit, non magnopere laedere pot-  
 est, ideoque nec spinæ nomen meretur.  
 β) quum singuli iunci vnā tantum cuspi-  
 dem habeant, ad plectendam coronam in-  
 genti eorum numero opus fuisset: Accedit  
 γ) quod verbum *πλέζοντες* non apte satis  
 cum iuncis marinis possit conciliari. Alii  
 iuncis marinis *rhamnum* substituunt, alii  
*spinas albas*, virorum commoti auctoritate,  
 qui antiquitatum notitia omnes superare  
 ipsis videntur. Sed omnes, quas adferre  
 solent, rationes ita esse comparatas, inge-  
 nue fatemur, vt illis calculum nostrum ad-  
 dere merito dubitemus. Maiori, vt nobis  
 quidem videtur, veri specie illi ratiocinan-  
 tur, qui e *rubo* et praecipue ex illa *rubi* spe-  
 cie, quam *κυνόσβατον* Graeci adpellant,  
 contextam fuisse Christi coronam adserunt.  
 Nam, si *Dioscoridae* fides est habenda, ni-  
 hil *Cynosbato* excogitari potest aptius, ex  
 quo



quo corona spinea potuisset confici. Namque frutex est rubo longe maior foliaque habet, myrtho longe latiora, atque spinas in virgis durissimas. Momentum additur huic opinioni non leue, si animo reputemus, hanc rubi speciem, vbiuis fuisse obuiam, maxime notam et ad fabricam coronae inprimis idoneam.

## §. 3.

Iam altera commentationis nostrae pars superest, quae ostendat, quod militibus consilium fuerit, quum coronam spineam Christo imponerent. Nonnullis milites romani communi decepti errore videntur, rom. imperium inuictum fore atque perpetuum: adeoque omnes, qui de imperio adfectando cogitarent, omni contumelia esse adficiendos. Coronam igitur Christo imposuerunt tanquam regi, spineam vero tanquam regi misericordia digno. Primi ecclesiae doctores res paene innumeras adferre solent, quas corona Christi spinea significatas esse credunt. E multis LACTANTIUS prodeat: *corona spinea*, inquit, *capiti eius imposita id declarabat, fore, vt diuinam sibi plebem de nocentibus congregaret.* *Corona enim dicitur circumstans in*



*orbem populus.* Elegans est profecto atque pia eorum obseruatio, qui Christum coronatum esse aiunt, quod quasi victima ad sacrificium esset ducendus. Nam veteres coronatas victimas immolasse, multis euinci potest argumentis. OVIDIUS egregie hanc consuetudinem describit his versibus:

*Victima labe carens et praestantissima  
forma  
(nam placuisse nocet) vittis praefignis  
et auro  
sistitur ante aras, auditque ignara  
precantem,  
imponique suae videt inter cornua fronti,  
quas coluit fruges,*

Item PRUDENTIUS *peristeph. hymno XIV.*

*Huc taurus ingens fronte torua et hispida  
fertis reuinctus, aut per armos floreis  
aut impeditus cornibus deducitur.*

DILHERRVS de corona Christi spinea SALOMONEM fuisse vaticinatum contendit *Cantic. III. II.* eamque profert huius sermonis explicationem: *Corona est corona spinea, qua morti iam proximus redemptus est sponsus a populo Iudaico, ex cuius genere et sanguine natus erat. Tunc vehementissime lactatus est, quum lapsum hominum illa sua coronatione redemit.* Quin



\* \* LACTANTIUS *sibyllam* hoc diuinantem  
filiit hoc versu:

Καὶ σέθενον φορέσει τὸν ἀνώνυμον  
*et coronam gestabit spineam.*

Quae vero nisi spuria essent atque ex pia  
fraude supposita, ingens pondus adiicerent  
historiae passionis. Iam sufficiat. Com-  
mentati sunt hac de re PASCHALIUS *de*  
*coronis lib. X. cap. XII.* FRENZELIUS  
et SAGITTARIUS *de corona Christi spinea*  
*Ienae. 1672* et ALII, quos excitatos vide  
a IO. CHRIST. WOLFIO ad h. l.



\* \* \* \* \*

## CAPVT XXV.

DE

# CALAMO CHRISTO DATO: ATQVE SPVTO IGNOMINIOSO.

*Matth. XXVII, 30. 31.*

§. I.

**E**xcepit coronam spineam alterum ma-  
iestatis regiae insignae, nempe *ca-*  
*lamus*, qui sceptrum regium mentire-  
tur. Fuit iste calamus non arte stru-  
ctus, sed vulgaris palustris atque fragi-  
lis admodum, vt regnum eius breue,  
instabile atque lubricum futurum esse,  
significaret. At instrumentum quoque  
fuit malitiae calamus iste, nam eo ca-  
put saluatoris percussum esse legimus.

§. 2.

Aucta est haec contumelia sputo  
ignominioso, quod in faciem Christi  
immi-



inmiscere milites. Nam si in antiquissima tempora redeas sane; sputum maximum ignominiae signum fuisse reperiēs. Sic, qui ad supplicium ducebantur sputis hominum exponi solebant. De *Aristide* id recenset *SENECA*, *Ducebatur*, ait, *Athenis ad supplicium Aristides: cui quisquis occurebat, deiciebat oculos, et ingemiscebat, non tanquam in hominem iustum, sed tanquam in ipsam iustitiam animaduertetur. Inuentus est tamen, qui in faciem eius inspueret. Lege hac de re* *IENSIUM* *in ferculo litterario pag. 28* *et PICINELLVM* *in luminibus reflexis ad h. l.*



\*\*\*\*\*

CAPVT XXVI.  
 DE  
 ADCLAMATIONE  
 VOTIVA CHRISTO  
 EXHIBITA.

*Marc. XV, 19.*

§. 1.

Solebant veteres se inuicem formulis titulise excipere, quibus salutantes utebantur. Ut primum de sacris salutationum formulis aliquid adferam, Deus ipse populo Iudaico normam praescripsisse refertur, quam adhiberent, si publica precatio esset praestanda. *Num. VI, 23, 27. Benedicat tibi Deus teque custodiat. Efficiat Deus, ut facies eius tibi luceat tibi que gratiam suam exhibeat. Attollat faciem suam Deus erga te, tibi que largiatur pacem.* Ad hoc precatationum genus non immerito reduxeris angelorum salutationes *Iudic. VI, 1. 2. Dominus tecum virorum fortissime Luc. I, 28. Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σου.*

§. 2.



## §. 2.

Profanas salutationes, quibus in conuersatione ciuil fausta quaeuis sibi precantur veteres, si persequi omnes vellem, vix area nostro libello destinata sufficeret. Nam ex nostris moribus atque institutis potest colligi, quam diuersae olim fuerint bene precandi formulae. Quam ob rem ad illas salutationes se vertat nostra oratio, quas omnibus paene populis communes fuisse constat. Casus an consilio factum sit, vt plurimae gentes, si salutem aliis precabantur, *pacis* nomine vterentur, incertum me esse libere fateor. Vox Ebraeorum שלום, quae perfectam et omnibus numeris absolutam felicitatem denotat, non vnus generis bona complectitur. Nam pro circumstantiarum ratione quandoque prae se ferre videtur tranquillitatem, vacationem a molestiis, a periculis immunitatem, a miseria cessationem. Vetusiores Ebraei ista salutandi formula vtebantur potissimum, si plures essent adloquendi. שלום לכם *pax vobis*, qua voce ipse Christus *Luc. X, 5* omnium bonorum adfluentiam complectitur. Occurrunt aliae formulae, quibus et in ceteris et praesentes Ebraei vti consueuerunt, in quibus vero plerumque שלום expres-



expressum reperies. Ex multis sequentes esse possunt argumento. Sic *Gen. XLI* 16 *Iosephus* ad Pharaonem, *Deus*, ait, *respondit pacem Pharaoni*: item, *Deus largiatur prospera Domino meo*; *Ruth. II*, 14. *1 Sam. X*, 24.

## §. 3.

Graeci, homines humanitatis studiosissimi, itidem certis gaudebant formulis quas in salutationibus adhibere solebant. Antiquissimum est τὸ χαῖρε vocabulum, quod in singulis fere salutationibus adhibebatur. Infinita exempla auctores profani suppeditant, ex quibus argumenti loco quaedam adducere libet. Sic HOMERVS

Καὶ σὺ μὲν οὕτω χαῖρε διὸς καὶ λατοῦς υἱὲ  
*et tu quidem sic salve Iouis et Latonae filii.*

Item *Achilles* legatos *Agamemnonis* ita adloquitur.

— — — χαίρετε, ἢ φίλοι ἄνδρες ἰκάνετον  
*Salute, certe grati viri venistis.*

## §. 4.

Nec Romani, qui felicitate linguae Graecis parum cedebant, certis formulis destituebantur, quibus explebant salutandi officium. Vulgo quidem salus dicebatur verbo *Aue*, quod promiscue fuisse adhibitum ex origine



origine vocis coniiicies. Punicam enim vocem esse, sed ex ebraeo fermone defumtam, constans est eruditorum sententia. Alias matutinae salutationis propria vox *Aue* erat, vt ex MARTIALI *lib. I. epigr. XVI.* discimus:

*Et matutinum portat ineptus Aue.*

Vespertino vero tempore vocem *Salue* adhibebant, quod ex DIONIS CASSII verbis potest deduci. Ita vero ille, *Hadrianus*, inquit, *iudices salutauit, non dicens AVE quae matutina erat salutatatio, sed vespertino vsus verbo, SALVETE, inquit.* Quandoque *Salue* et *Vale* coniungebant veteres, quod tum maxime eueniebat, si discedebant, nunquam reuersuri. Qua de re VIRGILIUS:

*Salue aeternum mihi maxime Palla,  
aeternumque vale.*

Romani inprimis, ne hoc quoque silentio transeam, Imperatores hac formula ornarunt: *Haue Caesar: Haue Victor.* Hinc XIPHILINVS Heliogabalum sic fuisse salutatum narrat: *Κύριε αὐτοκρατορε χαίρει.* Vti vero more romano imperatores salutabant nomine *Imperatoris* vel *Domini*; ita romani milites Christum per derisionem



nem salutasse dicuntur. Quam in rem non male BEDA, Adorabant Christum, inquit, quasi se ipsum falso Deum dixisset, et salutabant eum, tanquam qui se ipsum falso regem dixisset; ut illorum illusio responderet accusationi Iudaeorum. Adeat, qui plura hac de re legere cupit, BVXTORFIVM in synagoga Iudaica. cap. XIX. STVCKIVM in antiquit. coniuualibus lib. II. cap. 31. BRISSONIVM de formulis lib. I. cap. LIV. LV.





## CAPVT XXVII.

DE ΓΟΝΥΚΛΙΣΙΑ

CHRISTO A MILITIBVS  
PRAESTITA.*Marc. XV, 19.*

§. I.

**G**enuum flexio, Ebraeis בִּרְךְ dicta, quam Christo praestabant milites romani, omni fere aetate et communi omnium obseruatione egregium habita est religionis signum. Sed duplici plurimum ratione fieri consuevit, vel placida et decenti genuum flexione, quae Graecis γονυκλισία dicebatur, vel prostratione in terram, quae γονυπετία audiebat. Vtrique in sacris et ciuilibus salutationibus locum fuisse, historia testis est. In peragendis potissimum precibus ritum τῆς γονυκλισίας in vsu fuisse V. et N. T. loca confirmant. *Salomo* rex templum Deo dicaturus in genua prouoluitur, *1 Reg. VIII, 54.* Idolum Baal flexo poplite



te colitur. 1 Reg. XXIX, 18. Daniel in genua prouolutus ad Deum precatur. 2 Reg. XXXIII.

## §. 2.

Non acquiescebat sollicita hominum cura in genuum flexione, sed supra modum se demittebat ciuilitas ad aliorum pedes, qua ad canum instar humi prostrati terram ore lingere non erubescabant. Vnde quae Ebraeis מרחשן a radice מרש incuruauit, Graecis προσκύνησις audiebat, a κύων, canis ita adpellata. Nec ab vno tantum populo τῆς προσκυνήσεως ritus receptus erat. Nam fouisse eum, Ebraeos, Persas, Medos, Sinenses, Romanos, historiae monumenta produunt. De Ebraeis sacrarum litterarum testimonia loquuntur Genes. XIX, 1. XLIII, 26. 1 Reg. I, 31. 2. Sam. XXIV, 20. Quin apud romanos eo vsque se extendebat βαρβαρικὸν ἔθος προσκύνησις, vt imagines Caesarum adorationis cultu haud raro adficerentur. Quae vero superstitione quamuis a Constantino M. interdiceretur, nihil tamen impediēbat, quo minus viuis imperatoribus adorationis cul-




cultus praestaretur. Nam primis quoque ecclesiae christianae temporibus, si in publicum conspectum prodibat imperator, omnes flexo poplite muricem tangere et adorare consueuerunt. Hanc purpurae adorationem saluatori nostro quoque fuisse praestitam, coniiicio. Quae vero irrisioni magis, quam honori Christo fuit, quum mox deposita purpura priuato habitu imperii insigne scelerati milites mutassent. Conf. DANHAE-

RVS *Hodof. christiana* p. 502. DOVG-

TAEVS *analectis s. part. II. exerc.*

XXXVII.



I

CAP.



\*\*\*\*\*

## CAPVT XXVIII.

DE

## TRIBUNALI PILATI.

*Iob. XIX, 13.*

§. I.

**D**uo nobis sunt in hoc capite excutienda. Primo de tribunali generatim differemus, deinde de loco, in quo tribunal Pilati positum fuisse scriptores sacri referunt, pauca disputabimus.

§. 2.

Tribunalia apud romanos et iudaeos non cuique magistratui, sed maioribus tantum magistratibus, *quaestoribus, praetoribus et prouinciarum praesidibus* lege erant concessa. Hinc CICERO, *satisne vobis, inquit, praetori improbo circumdati cancelli videntur in sua prouincia, imo vero in sella ac tribunali?* et MARTIALIS *epig. 99. lib. XI.*

*Sedeas in alto tu licet tribunali  
et e curuli iura gentibus reddas.*

In tento igitur pretio quum magistratus maiores inter romanos ponerentur, non est mirandum



randum, nec omnis generis res pro tribunali esse cognitae, sed eas tantum, quae maximi fuerant momenti, reliquasque vero ad minores magistratus, qui subsellia obtinebant, esse delatas.

§. 3.

Locus, in quo Pilati tribunal erat positum, *Ebraeis* Gabbatha *Graecis* λιθόστρωτον vocatur, ideoque vi vocum locus denotatur editiorisque lapidibus stratus. Fidem hac in re merentur *PLINII* verba. *Lithostrota*, ait, *coepitauerunt iam sub Sylla paruulis certe crustis: extatque hodie, quod in fortunae delubro Praeneste.* De loci huius situ variant eruditorum sententiae. Qua in re quamuis omnis disceptatio meris nitatur coniecturis, hoc tamen extra omnem dubitationis aleam positum esse credo, quod locus ille non de conclauis illo saxeo לשכת הגזית dicto, sed de aliis locis Hierosolymae, lapidibus stratis, sit accipiendus. Ad *BVLGERVM* de *pictura et plastice lib. I. c. VIII.* et *POSSINVM* in *spicilegio euang. pag. 86.* copiose hac de re disserentes.





\* \* \* \* \*

## CAPVT XXIX

DE

PILATO MANVS  
LAVANTE.*Matth. XXVII, 24.*

§. I.

**M**ulti eorum, qui hanc in rem commen-  
tari aggressi sunt, Pilatum in hac ma-  
nuum lotione iudaeae consuetudinis fuisse  
imitatorem, longis adstruere argumentis co-  
nantur. Quamquam vero libentes conce-  
damus, Deum manuum ablutionem singu-  
lis ciuitatis iudaicae senioribus et praefe-  
ctis praecepisse, si caedes minus cognita  
patrata fuerit: nullis tamen adduci possu-  
mus rationibus, vt Pilatum Iudaeorum mo-  
res, quos ex romanorum mente pro abo-  
minabili superstitione existimabat, sequu-  
tum esse nobis persuadeamus. Quum enim  
profanis quoque gentibus manuum lotiones  
rece-



receptae essent, Pilatum pro vilitata genti-  
lium consuetudine egisse existimo.

§. 2.

De Graecis, ad expianda crimina manus  
lauantibus, disertum exstat TRICLINII te-  
stimonium. Ἔθος ἦν, inquit παλαιαῖς, ὅτε ἢ  
φόνον ἀνθρώπου, ἢ ἄλλας σφαγὰς ἐποιοῦν, ὕδα-  
τι ἀποίπτειν τὰς χεῖρας, εἰς κἀδαρσιν τοῦ  
μίσματος. Mos erat veteribus in hominum  
caede aliisque mactationibus aqua abluere  
manus ad expiandam pollutionem De ro-  
manis VIRGILIUS auctor est, qui Ae-  
neam ita dicentem inducit:

Tu genitor, cape sacra manu, patriosque  
penates

Me bello e tanto digressum, et caede  
recenti

Attrectare nefas, donec me flumine viuo  
Abluero.

Ex eodem more SENECA ita loquitur:

Quis Tanais, aut quis Nilus, aut quis  
Persica

Violentus vnda Tigris, aut Rheenus  
ferox,

Tagusque Ibera turbidus gaza fluens  
Abluere dextram poterit?

Nam Romanis aeterna lex erat, vt pu-  
 ri et ab omni macula remoti essent,  
 qui rem sacram fuscipere vellent, vel  
 sibi prosperam fortunam ominari. Hinc  
 tantae, tamque crebrae manuum, quin  
 totius corporis et vestium abluiones.  
 Conferantur LOMEIER *de lustrationibus*  
*veterum gentilium cap. 9.* SPENCERVS  
*de legibus Ebraeorum ritual. lib IV.*  
*cap. XII.*





\* \* \* \* \*

## CAPVT XXX.

DE

CHRISTO CRUCEM  
PORTANTE.

Io. XIX, 16.

§. I.

Qui ad crucis supplicium erant condemnati, trabem cui erant adfigendi, ad supplicii locum portare consueverunt. Hinc PLVTARCHVS, καὶ τῶ μὲν σώματι inquit, τῶν κολαζομένων ἕκαστος τῶν κακούργων ἐκφέρει τὸν αὐτοῦ σταυρὸν, ἢ δὲ κακία τῶν κολασησίων ἐφ' ἑαυτὴν ἕκαστον ἐξ αὐτῆς τεκταίνεται. Et corpore quidem quisque maleficorum suam effert crucem: malitia vero cruciatuum quemque in se, ex se gignit et fabricatur: et PLAVTVS ita:

*Patibulum ferat per urbem, deinde adfigatur  
cruci.*

An vero saluator totam crucem, vel partem tantum portauerit, difficile est dictu. Id autem vero esse simillimum credo, quod HIERONYMVS tradidit: Christum primo inde a praetorio solum crucem portasse, deinde quum iudaei eundem onere fere oppressum animaduertent, crucem Simoni obuiam facto totam fuisse impositam, ita vt seorsim, sed Iesum sequens gestaret. Christi ad supplicium exitus eleganter plane a *Rosaeo* describitur. Operae sane est pretium, vt verba eius huic capiti adiiciam:

— — — — — Iamque cohortes  
 Romanae longo procedunt ordine, Christus  
 Pone subit gestans humeris languentibus  
 cheu!

Fatalemque trabem, vestemque cruore  
 madentem.

Hanc gemini fures comitantur, caetera  
 turba

Subsequitur; matres, pueri innuptaeque  
 puellae

Foemineum clamorem ad caeli sidera  
 tollunt.




§. 2.

Neque tamen a vero plane est abso-  
num, Christum, quum arduam ad mor-  
tem viam calcaret, multa fuisse perpes-  
sum, et verbera et sannas. Nam mo-  
re romano fiebat, vt qui cruci erant ad-  
figendi per viam stimulis perfoderentur.  
Colligi id potest e PLAVTI versibus:

*O carnificinam crebram, quod credo fore ;  
Ita te forabunt patibulatam per vias  
Stimuli, si huc reueniat senex.*

Plura hac de re lege apud BYNÆVM  
de morte Christi lib. III. p. 250. ROH-  
RIVM in pictore errante et LIPSIVM  
notis ad Tacitum l. II. annal. cap.

LXII.



\*\*\*\*\*

## CAPVT XXXI.

DE POTV,

QVEM CHRISTO  
EXHIBVERVNT.*Matth. XXVII, 34. Marc. XV, 23.*

§. 1.

**D**uplicis potus Christo porrecti mentionem iniiciunt historiae passionis Christi scriptores. Alterum ante crucifixionem, alterum paullo ante mortem Christo datum fuisse, memoriae proditum est. De utroque pauca sumus commentaturi.

§. 2.

Quodsi Matthaei historiam cum Marci narratione curate conferas, primo rei intuitu contradictionem eam inuoluere dicas: quum Marco *οἶνος ἐσμυρτισμένος vinum myrrhatum* haec potio adpelletur; Matthaeo vero *μετὰ χολῆς μειμιγμένος ὄξος* h. e. *acetum felle mixtum* audiat. Verum quae nobis hic videtur, contradictio, tolli potest, si accipiamus, a Marco materiam potionis, a  
Mat-



Matthaeo, quae habuerit gustum, describi. Consilium Iudaeorum hac in re non prauum simplici modo dici potest. Nam quum male interpretarentur SALOMONIS effatum *Prou. XXXI, 6. 7. Date siceram moerentibus et vinum his, qui sunt amaro corde: iis, qui morte erant plectendi, potum porrigere solebant thure vel myrrhis mixtum, vt facilius mortis dolores leniri possent. Quam consuetudinem quum in Christi supplicio obseruare vellent, rem egerunt superfluam; nam sanctissimus saluator vt *Ἐσὶν ἄρωμα* mortis sustinuit cruciatus.*

a) Potus Christi myrrhinus non confundendus est cum vino myrrhino, quod dulcissimum atque egregium potionis genus fuisse PLINIVS narrat, atque in funere nobilium adhibitum fuisse memoriae proditum est.

b) Baronii opinio omni veritate destituta esse videtur. *Poculum, ait, myrrhati vini ex Ebraeorum more exhibitum esse a piis, quae tum aderam, feminis. Quae vero quum ad crucem Christi accedere non possent, vinum illud militibus tradidisse, vt Christo porrigerent. Milites vero fel vino admiscuisse refert. Hac ratione Marcum, contendit, Iudaeorum morem respicere, quum de vino myrrhato loquatur; Matthaeum vero*



vero fraudem militum commemorare, quum  
vinum felle mixtum adpellet.

§. 2.

Alterum potum Christo porrectum fuisse IOANNES narrat, quum publice suam declarasset fitim et mox sumpta portione spiritum tradidisset. cap. XIX, 30. Σκέυος ἔκειτο ὄξους μεζόν. Οἱ δὲ πλήσαντες σπόχου ὄξους καὶ ὑσσώπω περιδέντες προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ σώματι. Vas erat ibi positum aceto plenum. Illi vero impleuerunt spongiam aceto et hyssopo circumpositam admouerunt ori eius. Mos erat inter Romanos receptus, vt vilissimo hominum generi, seruis atque militibus acetum in potu ordinario admixtum esset. De illis PLAVTVS loquitur

*Hic rex cum aceto pransurus est atque  
sale.*

De his vero multa extant profanorum auctorum testimonia. Adprime aptum est SPARTIANI effatum: *Iussit, ait, imperator vinum in expeditione neminem bibere, sed aceto vniuersos esse contentos.* Quae si ad IOANNIS narrationem adplicantur, vero esse simile credo, milites romanos eum porrexisse saluatori potum, qui ipsis ordinarius fuerit.

§. 3.



§. 3.

Supereſt, vt de hyſſopo dicamus, cui circumuoluta erat illa ſpongia, aceto repleta. Nam multi in eam peruenere opinionem, quomodo ex hyſſopo tantus baculus, potuerit enaſci, vt aceti ſpongia Chriſto porrigi in eo potuerit, quum exiguus ille ſit frutex. Verum omne euaneſcet abſurdum, ſi animo reputemus: 1) crucem ſaluatoris non nimia fuiſſe altitudine. 2) Hyſſopum in Iudaea ad maiorem quantitatem creuiſſe, vnde i Reg. IV, 33 arboribus adnumeratur. 3) Militem forte ideo hyſſopi frutice uſum eſſe, vt eius odore deliquium cordis pauliſper auerteret. Conferantur PIPPING in diſſ. de potu Chriſti. Lipſiæ. 1688. DEYLING in obſeruat. ſ. p. 135. aliique quos excitatos uide apud WOLFIVM in curis philologico-criticis. pag. 980.



CAP.





CAPVT XXXII.  
DE  
CHRISTO CRVCI  
ADFIXO.

§. I.

Crucis supplicium abhorruisse plane a Iudaeorum moribus, multis probari potest argumentis. Nam 1) hac de re loquuntur Rabbīnorum testimonia, in quibus quatuor tantum supplicia capitalia tradita fuisse senatui dicuntur, *lapidatio*, *ustio*, *decollatio* et *strangulatio*. Accedit 2) quod nulla vox in hebraeo sermone inueniatur, quae crucem apte significare possit et 3) quod nullum extet in V. T. de eo supplicii genere testimonium. Nam qui contrariam sententiam tuentur, atq̄uenti causa loca quidem adducunt *Num. XXV, 4. Iosuae VIII, 29. X, 26. 2 Sam. XXI, 9* quae vero non de crucifixione, sed de strangulatione agere videntur. Hanc potius opinionem pro certa venditare ausim, crucis supplicium a *Romanis* esse arcessendum, quibus infame et



et acerbissimum mortis genus existimatur. Hinc summae fuisse religioni romanis accepimus, vt ciuis romanus cruci adfigeretur. Nam CICERO, *Facinus est, ait, ciuem romanum vinciri, scelus verberari, parricidium necari, quid dicam in crucem tolli?* Fuere tamen facinora, quae nec a liberis et ingenuis hominibus crucis supplicium remouebant, quod iis maxime eueniebat, qui criminis perduellionis, latrocinii et sicariatus erant accusati. Non igitur est mirandum, Christum ad crucis supplicium fuisse condemnatum, quin talem illum esse mentirentur iudaei, cuius opera dolo malo consilium fuerit initum, vt coetus conuentusque fiant, hominesque ad seditionem conuocentur. Verum hoc poenae genus quamuis nonnunquam et ad illos perneret, qui ingenui erant, comunissime tamen pro seruili supplicio existimabatur. Hinc TULLIVS, *mors, ait, si proponitur, in libertate moriamur. Carnifex vero, et obductio capitis, et nomen ipsum crucis absit non modo a corpore ciuis rom. sed etiam a cogitatione, oculis, auribus.* Adprime huc spectare videtur serui illius apud PLAVTI *mil. glorios.* ingenua, verum minus honesta professio:

Scio



— — *Scio crucem futuram mihi sepulchrum;  
Ibi maiores mei siti sunt, pater, avus proavus,  
abavus.*

Confirmantur haec IVVENALIS testimonio:

*Pone crucem seruo, meruit quo crimine seruus  
Supplicium.*


et aliorum effatis, V. C. CICERONIS *pro  
Rabirio cap. 4. et 5. orat in Verrem 3 et 4.  
LACTANTII Inst. diu lib. IV. cap. 26.*

§. 2.

Ne in explicando summi huius et supremi supplicii ritu iusto sim longior, atque ea omnia recoquam, quae olim ALIPPIO, BARTHOLINO, CALIXTO, KIPPINGIO alisque prolixè satis narrata sunt: cuncta, quae scitu dignissima mihi videntur, in unam quasi summam redigam, ea traditurus, quae plurimum faciunt, ad intelligendam passionis Christi historiam. *Primum* igitur, quum tria maxime referantur crucis genera cognitu est necessarium, *immissam* crucem eam fuisse, ex qua sanctissimus saluator pependit. Crux vero immissa tribus potissimum partibus constabat, *arrectario ligno* vel stipite, qui erecta statione in terram defigebatur: *ligno transuersario*, quod pati-



patibulum et antenna vocabatur: *sedili*, id est, ligno sessili: cui quarta pars a nonnullis adfertur, *suppedaneum*. *Dein* altitudo crucis vt consideretur, par est. Vulgares non altae admodum erant. Nam 1) eam inscendebant facinorosi leui opera quum in sticulo federent. 2) Ad mortem accelerandam, hastis confodiebantur, aut a canibus laniabantur. 3) Totam crucem saepius ipsi portabant ad supplicium. 4) Poterant in ea haerere et simul proxime adstantes compellare. 5) Titulus ad caput crucis adfixus poterat legi ab omnibus. Reliqua, quae notari possent, speciatim sequentur. Ceterum hoc de supplicio praeter adductos auctores legantur SAGITTARIUS *harmonia Euang.* p. II. n. 418. IO. FRIED. SCHARFII *philologema de ritu crucifixionis Christi romano* Vitemb. 1666.



\*\*\*\*\*

CAPVT. XXXIII.

DE

PLANCTV MVLIERVM  
IVDAEARVM.

LUC. XXXIII, 27.

§. I.

**N**olo hic prolixis verbis de iis tristitiae atque luctus signis, quae Ebraeis communia erant, disputare; quum de hoc argumento MART. GEIERVS, CALMETVS aliique multi satis superque sint commentati. Id potius agam, vt sollicite quantum fieri potest, disquiram, quale luctus genus sit intelligendum, quum LVCAS mulieres pias Christi causa *κοπετόν ποιῆν* referat. Verbum *κόπρω*, *ferio*, *caedo*, *percutio* acerbissimum luctum innuit, quo fieri solebat, vt lugentes pectus suum caedere, ferire et percutere consueuissent. Taceo de profanorum scriptorum testimoniis. Id saltem monuisse sufficiat, vocabulum

*κόπ-*



κόπτεςθαι in diuinis litteris de maximo luctu, adhiberi et haud raro cum verbis θρηνηεῖν et κλαίειν coniunctum inueniri. Ita LVCAS VIII, 52. ἐπλάκειον δὲ πάντες καὶ ἐκόπτοντο αὐτήν, *flebant autem omnes et lugebant eam*; IOANNES Apoc. I, 7. MOSES Gen. L, 10. ZACHARIAS XII, 10. Sunt vero, qui voci κόπτομαι alium tribuunt significatum eamque per *lanio* vertere malunt, antiquum intuiti Iudaeorum morem, quum pro profanarum gentium consuetudine in durissimo dolore se ipsos vulnerare solerent: quod vero barbarum lugendi genus proscribitur. Deut. XIV, 1.

§. 2.

Nec plura de ipso ritu addere lubet. Iam quaeri hoc loco posse videtur, vtrum ex Iudaeorum vel romanorum legibus ii impune lugeri potuerint, qui capitali supplicio adficiendi erant. Iudaeorum leges multa hac de re praecipere solent. Nam damnatum in synedrio sceleratum hominem animo tantum lugere, verum non habitu externo plangere fas erat. Nam MAIMONIDES, *interfectos, ait, a domo iudicii non lugent, sed dolent eo quod moeror non nisi in corde; neque sepeliunt eosdem apud maiores*

CAP.

K 2

suos

suos, donec consumpta sit eorum caro; facultates vero eorum heredibus cedunt. Conferantur IOH. LIGHTFOOTVS *horis Ebr. ad Matth. XXVII, 31.* IKENIVS *antiqu. Ebr. part. III. cap. XIV. §. 36.* De Romanorum hac in re consuetudine manifesta est sententia. Nam eorum leges si spectes, nec hostes, nec perduellionis damnati, nec suspensiosi lugeri solebant. Quae vero consuetudo TIBERIO imperante maxime viguisse fertur. Is enim, vt SVETONIVS adfirmat, quum leges maiestatis exerceret, et male erga se animatos puniret, interdixit, ne propinqui capite damnatos lugerent. Ex his satis superque intelligi credo more iudaico et romano Christi amicis minus fuisse licitum, mortem eius lugere. Nobili tamen audacia spernunt has leges piaefeminae, dum probe cognouerunt, iniuste Christum ad mortem esse condemnatum.





\* \* \* \* \*

## CAPVT XXXIII.

DE

TITVLO CRVCIS  
CHRISTI.*Iob. XIX, 19. 20. 21. 22.*

§. I.

**I**n romanorum moribus fuit positum, vt  
 cruentae mortis causa non tantum per  
 praeconem euulgaretur, verum etiam tabu-  
 lae inscripta ad cruciarum caput adfigeretur.  
 Loquuntur hoc de more diuersa auctorum  
 testimonia, quae in REYHERI *Diatribae*  
*de crucifixi Iesu titulis* aliisque de hac  
 argumento libris relatae videbis. Tabulae,  
 quas dicimus, lignea erant, gypso vel  
 cerussa dealbatae, in quibus litterae ex en-  
 causto vel atramento inscriptae fuerant. Graeci  
 λευκάματα adpellant, quas alii per σα-  
 γίδας γύψω δηλημέναις interpretantur.

K 3

§. 2.

## §. 2.

Iam ad tabulam cruci saluatoris adfixam accedimus. Pilatum referunt sacri scriptores elogium crucis *graeco*, *ebraico* et *latino* sermone expressisse: quum romanae esset consuetudinis vt in rebus quae extra iudicii carceres agebantur, plurimum barbararum linguarum vsus adhiberetur. Trilinguem illam inscriptionem non tantum tribus diuersis tabulis inscriptam fuisse, verum quoad verba etiam variasse, REYHE RV S existimat.

ΟΥΤΟΣ	HIC EST	ישוע
ΕΣΤΙΝ	IESVS	בן דאורי
Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ	REX IV.	מלך
ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.	DAEORVM.	היהודיים


De ordine vero harum tabularum haec notari volo. *Ioannes*, qui in aliis locis sacri idiomatis rationem habuit, iuxta genium linguae hebraeae locauit elogia. Hebraei enim, quum a dextra finistram versus legant litteras, hebraeam inscriptionem *primo*, graecam *secundo*, latinam *tertio loco* positam fuisse adfirmat. *cap. XIX, 19.* *Lucas Pauli comes*, quum in Graecorum vsum potissimum euangelium scripisse videatur, more *Grac-*



Græcorum, enunciauit trinam inscriptionem et primo graecam, secundo latinam et ultimo loco hebraeam nominat linguam cap. XXIII, 38. Matthaeus latinam expressisse inscriptionem videtur cap. XXVII, 37 nisi quis Marcum cap. X, 26, latinum descripsisse existimet.

§. 3.

Commentati sunt hac de re EVSEBIVS *hist. eccles. lib. V. cap. I.* FREISLEBEN *de titulo crucis Christi Ienaë 1664.* BARONIUS et VOSSIUS *loc. saepius excitatis.*



\*\*\*\*\*

## CAPVT XXXV.

DE IIS

# QVAE CVM CHRISTVS CRVCI ESSET ADFIXVS ACCIDERVNT.

*Iob. XIX, 23. 24. 31. 32.*

§. I.

**I.** De veste Christi sortem iactam esse a militibus romanis, *Ioannes* refert. Quum enim inter eos non conueniret, apud quem potius esse deberet, sortiri eos oportuit. Qua in re describenda quum voce *ἀέγχαίνας* vtatur *Ioannes*, manifestum esse videtur, id fortis genus innui, quod milites in galeam iniicere consueuerunt. Testis est **VIRGILIUS**:

— — *deiectamque aerea sortem  
accepit galea.*

**HOMERVS**

*Sortem iniecerunt in galeam Agamemnonis  
Atridae.*

Nam militum romanorum galea ad plurimos vsus adhibita fuit: adeo vt innoxiae mox poculi



poculi locum occuparet. II. Velum Christo moriente scissum esse narratur. Duo in templo vela erant; *Exterius*, quod atrium a sanctuario discernerebat et  $\text{קַוָּו}$  adpellabatur; *interius*, quod intuitum ab area, folio Dei arcebat, et apud Ebraeos  $\text{פֶּרֶקֶה}$  apud Graecos  $\text{καταπέτασμα}$  audit. De posteriori hic sermo est. Formatum erat e lana hyacinthini, purpurei et coccinei coloris: fuit mirae structurae et ingentis densitatis, adeo vt quatuor digitis densum fuisse referatur. Tanta igitur moles vt sponte scinderetur, ingens fuit potentiae diuinae argumentum. Nam vt hic effectus se exfereret, nullis hominis vires sufficientes erant. Nec vetustate consumtum esse potuit velum, quum singulis annis nouum esset conficiendum. Praeter ea, quum nemo Iudaeorum tam prope accedere posset velo, vt vi adhibita illud finderet, rem tantam summi numinis virtute profectam esse adparet. III. Ad accelerandam mortem latronibus crura fracta esse dicuntur. Modus supplicii fuit, vt incus cum malleo, vel vecte ferreo inferretur, ac tibias incudi imponerent, validis ictibus sic frangendas. Multi sunt, qui crurifragium ad crucis supplicium pertinuisse negant. Verum in promi-



tu sunt testimonia, quibus contraria sententia defendi potest. Ita enim PLAVTVS

— *Crura hercle diffringentur,  
ni ipsum impudicum percies.*

Argumento esse potest SENECAE effatum: *Magnam rem, ait, sine dubio fecerimus, si seruulum infelicem in ergastulum miserimus.*

*Quid properamus verberare statim, crura pro-*  
*tinus frangere?* Ipse AVGVSTINVS *κρ-*  
*λοκοπίας* crucis supplicium sequutam esse  
contendit. *Crura, inquit, latronibus in*  
*cruce fregerunt, ut per ipsum dolorem com-*  
*pendio mortis ab ipso cruciatu liberarentur,*  
*quomodo solebat crucifixis fieri.*

In martyres plurifariam sic saeuitum. Sublatum vero est hoc mortis genus a Constantino.

Is enim teste CASSIODORO vetus teterrimumque supplicium patibulorum, primus remouit. III. Iam vero Christum, quum animam deposuisset, crurifragium non sustinuisse audimus, verum ad explorandam mortis certitudinem lancea fuisse perfossum legimus. Hoc quoque romani moris fuisse, testimoniis satis firmis edocemur. Nam si *martyrologio romano* fides habenda est, accidit, ut *Marcus et Marcellinus* fratres Diodetiano auctore in crucem sublatis, quum biduo superuixissent, lanceis per latera trans-



transfigerentur. Ad hoc supplicii genus delecti erant ii milites, quos speculatores, *δορυφόρους* seu *λογχοφόρους* adpellare solebant. Hoc quamuis praeter consuetudinem factum sit, illud tamen V. cognitu dignissimum est, e vulnere Christi, quum lancea per latus contorta esset, sanguinem simul cum aqua effluxisse. Nam 1) ex mortuo corpore ordinario modo sanguis non fluit, sed concrescit. 2) Pericardii aqua magis ad biliosum humorem, quam naturalem aquam accedit. 3) Nec aqua cum sanguine simul fluere solet, nec larga copia. 4) Nec distincte, vt et aqua et sanguis obseruari possint, quae vero omnia in Christo euenisse dicuntur, et hinc inter mirabilia referre merentur.



CAP.

\*\*\*\*\*

## CAPVT XXXVI.

DE IOSEPHO

# SEPULTURAM CHRISTI EXPETENTE.

*Marc. XV, 42. 43. 44.*

§. I.

**I**nfigne Iosephi facinus, quum a Pilato corpus sanctissimi saluatoris sepeliendum peteret, non indignum esse videtur attentione nostra. Nam nobis luctuosum hoc saluatoris corpori praestitum officium intuentibus, nonnulla sese offerunt curatiori studio explicanda. Quaeritur enim I. vtrum Christum capite damnatum honesta sepultura adficere licitum fuerit? Apud Romanos iis saepius, quorum supplicium capitale fuit denegatam fuisse sepulturam nouimus. Id quod iis in primis accidit, qui seditionis aut perduellionis caussa ad mortis supplicium erant condemnati. Quam fortunam *Gracchis* olim euenisse, VALERIUS MAXIMVS testis est. *Viguit inquit, in nostra ciuitate Tiberii et Caii Gracchorum summa nobilitas et spes amplissima: sed quia statum ciuitatis*



uitatis conati erant conuellere, insepulta cadauera iacuerunt, supremusque humanae conditionis honos filiis Gracchi et nepotibus Africani defuit. Eo quoque referre possumus non solum illud HORATII,

— — Non pasces in cruce cornos

sed etiam ea, quae de cruce disputat SALMASIVS, fuisse lignum transuersum mediae crucis trabi adfixum, cui totum corpus incumberet, ne dissolutis membris, mole corporis magis magisque deorsum trahente, cadauer intra breue tempus e cruce lapsum decideret. Quae quum ita sint, sane res est notatu dignissima, quae diuinam arguit prouidentiam, sepulturam corporis Christi Iosepho a Pilato esse concessam. Alia hac in re *Iudaeorum* fuit consuetudo. Pro deserto enim Dei mandato, quod apud MOSEN *Deut. XXI*, 22. exhibitum, apud IOANNEM *cap. XIX*, 31 repetitum legitur, ii, qui in crucem acti erant, sole occidente terrae mandabantur.

§. 2.   
 II. Operae pretium est, vt inquiramus, vtrum ius sepulturae semper a praetore romano impetrari potuerit. Cuius rei ratio vt adpareat sequentia notentur velim. α) Eo tempore quum libera esset

roma-



romanorum resp. nulla lege erat sancitum, ut perduelles infepulti relinquerentur. Nam hoc poenae genus si ad omnes pertinuisset, futurum fuisse credo, ut focii Catilinae, *Lentulus*, *Cethegus* sepultura priuati essent, quibus vero, PLVTARCHO teste, per Ciceronem sepultura non denegata fuit. β) Nec qui primi imperatoria potestate in rom. rep. utebantur, legem tulere, ut qui crucis supplicio adfecti sunt, sepulcri iure destituti essent. Nam id potius *Augustus* obseruasse narratur, ut eorum corpora, qui capite damnati essent, cognatis ipsorum non negentur. γ) Qui a praefide romano ad crucis supplicium damnati erant, hi, etsi iudaei erant merito quidem debebant in cruce manere; praefides vero, quum iudaeis pro patrio more viuere permitterent; tum et hac in re faciles se praebuerunt, iudaeisque ad legem diuinam prouocantibus, concessisse, ut suspensorum corpora sole occidente humo tegerent.

## §. 3.

Qui plura hac de re relata legere cupit, conferat velim IO. ERN. IMM. WALCHII *dissert. de funera Stephani* pag. 15. §. 8. 9. CARPZOVIUM *adparatu hist. critico* pag. 585. LIGHTFOOTVM *bor. ebr. et talm. ad act. VIII.*

p. 719.

CAP.



\*\*\*\*\*

## CAPVT XXXVII.

DE

## SEPULTVRA CHRISTI.

*Iob. XIX, 40.*

§. 1.

**D**uo sunt potissimum in hac commentatione nobis expedienda. Primo in id inquiremus qui, fuerint Ebraeorum ritus sepulchrales, deinde quae sepulcri Iudaeorum fuerit indoles, ostendemus.

§. 2.

Si ritus spectemus in funeribus Ebraeis vsitatos, is *primo* occurrit, qui in eo consistebat, vt proximi oculos mortui clauderent. *Gen. XLVI, 4.* Hanc consuetudinem religiosissime esse obseruatam ab omnibus fere gentibus, plurima loquuntur ex profanis auctoribus testimonia. De *Romanis Ouidius* et *Virgilius* testes sunt: quorum prior:

Supre-

Supremoque die notum spectantia coelum  
 Texissent digiti lumina nostra tui  
 alter vero:

— — Tacito tantum porit oscula vultu  
 Inuitatque patris claudenda ad lumina  
 dextram.

De Graecis hunc morem obseruantibus  
 HOMERVS canit

Οὐμὲν σοί γε πᾶτερ καὶ πᾶτερ μῆτηρ  
 ὄσε καὶ δαιρήσουσι θανόντι.

Non equidem tibi vel pater aut pia mater,  
 Sed quicumque promunt oculos morienti.

Deinde id quoque obseruabant Ebraei, vt  
 corpus defuncti lauarent. Act. IX, 37.  
 Ne ab hoc quidem more alieni erant  
 Romani. Ex multis, quae adduci pos-  
 sent, testimoniis vnum sufficiat VIR-  
 GILII:

Pars calidos latices, et aena undantia  
 flammas  
 Expediunt: corpusque lauant frigentis et  
 unguunt.

Tertio Iudaei, quum abluissent corpus,  
 inungere illud solebant. Nec hujus con-  
 suetudinis profanae gentes fuere ignari.  
 Argumentum exhibet, qui sumtuosam  
 unctionem deprecatur.

Desit



*Desti odoriferis ordo mihi lancibus, adsint.*

*Plebici paruae funeris exsequiae.*

Ebraeos vero quod attinet, illi duplici modo corpori defunctorum vnctionem praestitere. Priori modo sumta e corpore viscera purgarunt ac vino abluerunt. Quo facto intestina pura myrrha et casia aliisque aromatibus replerunt, iterumque consuerunt. Posteriori ratione externo tantum corpori aromata et suffimenta adhibuere. Hoc vngendi genus graeci *εὐραφία* adpellant. Quod Christo etiam fuisse exhibitum, sacrae litterae adfirmant.

¶ 3.  
Iam vt secundam commentationis nostrae partem expediamus, necesse est. Solliciti ergo erimus de sepulturae loco, in quo sanctissimi saluatoris corpus conditum erat. Qua vero in re Ioannis narrationem sequuturis (α) adparet, sepulcrum Iosephi, in quo Christus dormiebat, extra urbem fuisse. Siquidem variis legibus Iudaeorum constitutum fuisse legimus, ne mortuorum corpora intra urbium muros sepelirentur.

L

β) Se-

β) Sepulcrum *Iosephi* in horto fuisse legitimus. Cuius rei rationem hanc esse existimo, ut, quotiescunque hortos visitabant, vitae mortalitatem cogitarent, idque perpenderent, futurum esse, ut florum instar terrae gremio mandatorum efflorescerent quondam. Hanc consuetudinem inter romanos quoque viguisse, e multis colligi potest argumentis Hinc MARTIALIS:

*Septima iam, Phileros, tibi conditur uxor  
in horto,  
Plus nulli, Phileros, quam tibi  
reddit ager.*

In hortis Lamianis Caligulae cadauer terra obrutum fuisse, SVETONIVS testis est: *Cadauer eius, inquit, clam in hortos Lamianos asportatum leui cespitè obrutum est.* Hadrianus in hortis Domitiae collocatus esse fertur CAPITOLINO teste. γ) Sepulcrum Christi cauerna fornicata ex rupe continebat. Antrum eiusmodi sex cubitorum communissime longum erat, et quatuor latum. In hoc octo minores cellulae pro recipiendis cadaueribus distinctae erant. Quoties quem-



quempiam humabant, ori sepulcri ingens saxum aduoluere solebant. Fornicem ipsum קבר *sepulcrum*, cellulas כוכים *zumulos*, et saxum ללל *lapidem volutatio- nis* adpellabant. Forte huius consuetudinis obseruatio ab Aegyptiis manauit, a quibus et romanos eam accepisse manifestum est. Nam de hoc sepulcrorum genere ita LVCANVS:

*Cum tibi sacrato Macedo seruetur in antro,*

*Et regum cineres extructo monte quiescant.*

Ad quem ritum respexit VIRGILIUS

— — fuit ingens monte sub alto  
Regis Dercenni terreno ex aggere bustum.  
Antiqui Laurentis, opacaque ilice tectum.

Tantum de modo funeris Christi. Prolixi sunt in hac re describenda LAMPPIVS in *comment. ad Iob. XIX. pag. 641.* SPENCERVS de *legibus Ebr. ritual. lib. IV. cap. IX. sect. 3.* et NICOLAUS de *sepulcris Ebraeorum.* Nihil addam, quam vt verba VLPIANI Nicodemo et Iosepho, tribuam, quorum pium officium in sepeliendo Christo laudatissimum est. *Quis, ait, sine pietatis intentione alienum cadauer fune-*


rat? Non solum in hoc fuere misericordes  
 et pii, qui funerarunt, ut eum sepelirent,  
 ne insepultus iaceret, sed etiam suo sum-  
 tu fecere, non hoc animo, quasi rece-  
 pturi sumtum, quem fecere, sed pieta-  
 tis gratia; ipsius humanitatis negotium  
 gerentes; misericordiae, pietati et  
 affectioni tribuentes.

FINIS.

---

HALAE,

LITTERIS TRAMPIANIS.





B 3841(1,2)


X2425109







BREVIARIUM <sup>2</sup>  
ANTIQUITATVM  
AD ILLUSTRANDAM  
PASSIONIS CHRISTI  
HISTORIAM  
PERTINENTIVM.



---

H A L A E,  
IMPENSIS CAROLI CHRISTIANI KÜMMELM  
MDCCLXIII.